



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De fugiendis septem defectibus, qui sunt: Libertas in agendo: sermones de rebus friuolis: Colloquia cum personis vetitis: conuersatio cum non spiritualiter viuentibus: irrisio aliorum periculosa: ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

tiam, multiplicantur rami, per charitatem, pinguiscent
fructus per prædicationem.

CAP V DECIMVM.

Indicat septem defectus, præcipuo quodam
conatu tempore studiorum vitandos: ni-
mirum libertatem in agendo: sermones
de rebus frivolis colloquium cum perso-
nis vetitis: conuersationem cum non
spiritualiter viventibus: irrationem a-
liorum: periculosam particularem ami-
cissim: negligentiam in Officiis manu-
libus domesticis.

Septimè, maximoperè conductit ad confer-
andum & augendum spiritum, fuga certa-
rum defectuum, per quos defenit ut in actu-
ram non tantum spiritus & virtutis, sed etiam
se p vocationis ipsius religiosæ.

166. **P**rimò, omnium fugienda est libertas & au-
dacia in agendo, aspicioendo, loquendo, riden-
do tangendo. Liberet bonitatem suā Deus, inquit S.
4. Dorotheus, animas nostras ab hac pestiferâ & lethâ-
li parbifia, seu licentio/a agendi vel loquendi libertate.
Eli enim parbifia multiplex & plurib[us] modo sit. Ete-
num licentiose se quisquam gerit verbo, tactu, & visu.
Delabitur quis parbifia in otiosam & vanam locatio-
nem, in verba scularia, in actus ridiculos. Ritus enim
nouet hac parbifia parum modeſtus. Eli autem par-
bifia seu licentio/a libertas, cum quis præter necessita-
tem alium attricat, manusq[ue] sua tocandi ridendiq[ue]
studio in socium inicit at: cum impellit aliquem ac pro-
trudit: cum violenter quicquam aut durum ab aliquo
rapacium impudicitibus oculis & parum modeſtus ali-
quem spectat. Hæc omnia profecto ex eo prouenient &
orū habent, quid timorem Domini anima noſtra nō
poſuet. Ex his autem in verum & absolutum contem-
pium paulatim quis labitur. Propter cūm legis præ-
cepta daret Deus, aiebat: Facite vi religiosi, p[ro]ij ac vere-
cundi sint filij Israe[li], ac minimè contemptores & fa-
ſuosi. Nam cira pietatem & deuotum animi affectum,
circa reverentiam & orationem, nec colere nec vene-
rari Deum quisquam poterit inquam. Neque enim cu-
li modi sit preceptum attendit aut considerat. Idcirco
nihil est parbifia grauius, & moleſtius, & propterea
omnium passionum ac viitorum mater, ac seminarium
ducitur, quandoquidem hac parbifia, omnem religionem
omnemq[ue] pietatem, ac venerationem, omnem denique
timorem Dei procul abigit & expellit a nobis, paritq[ue]
contemptum & faſum. Etenim ex hac parbifia, seu li-
centio/a libertate, quam mutuo inter nos exercemus, fit,
vt mutuo inter nos licentiosi simus, vt impudenter in-
uicem nosmet geramus, vt perperam a male inter nos
colloquamus, vt mutuo nos ledamus corrumpanusq[ue],
atque adeo verberibus lasciuamus. Inde eriam fit cum
vestrum aliquis inutile quippiam aut vanam asperxit,
actum abeat, & futili quadam garrulitate ac loqua-
ciute, illud efficiat ac disseminet, & in alterius Fratris
mentem atque animum ingerat, nequaquam seipsum
tantum leſſe contentus, nisi & fratrem suum in com-

mune damnum protraxerit, immisso quodam lethali
veneno in cor eius. Ac se pernumerò euenit, vt Frater ille
orationibus vacet, & precationibus deditam habeat
mentem, aut recuperiam non inutile, cum subito venit
hic niggarrulus & conuerit eum in nugas facitq[ue] vt
inaniter ac inutiliter colloquatur; nec solum illum ab
vitilie auocat, verā etiam pronocat ad tentationem.
Quo quidem vijō nihil grauius nihil pernicioſius, vt nō
modo scilicet te solum, sed etiam proximum ledere, atq[ue]
ipsi impedimento esse velis. Faceſſat ifnd à nobis, Fra-
tres, abſit tantum à nobis ſcelus Non habet locū hoc
ſcelus in iis, quos iuueniūſis affec̄tus, virtus vere-
cundia, inimica libertatis, & silentij amor, in of-
ficio continet: quia, vt ſcribit S. Bern. quoruſis oculi
De ordina-
los, aures, linguaq[ue] poſſidet, non ſunt turpiter ledere ac vice col-
ri dñe, efficiens eos graues ac mites. E contra grande vi-
tium eſt, iuniorum impunitia, (ſunt verba S. Bern.)
eodē in loco) qua improbo auſu & diſſolutione ſuſt
Patiſſe & Fratres coniurbat, quia ſcriptuſi: Nec Deū, Luc. 18.
nec homines reueretur, ſed latatur cūm male fecerit, & Prou. 2.
exultat in rebus peccati. Faſta eſt frons mereiticis, quia Ierem. 3.
non poſteſt erubere. Vbi lingua audax, & frons inue-
recunda, quid loquatur, quidue agat non curat. Cum
enim boni adolescentiſſi & manuerti, faciendo reuerera-
tur maiores ſuos, nemo ſolus taciturnitatis hanc laude
putet: quia ſilentium ipſum (in quo eſt reliquarum vir-
tutum otium) maximus actus verecundia eſt. Idem ex-
pliſans vndeclim onera ab Isaia commemorata, oneribus
Si videris, inquit, Monachum in claſſtro ſedentem, huic Isaia. c. 21.
illucq[ue] reſpicere, oſcitare crebrinus manus & pedes exten-
dere, mun librum ponere, nunc resumere, poſtremq[ue] quafi
quibusdam ſtimulis agitatum, de loco in locum, de au-
ditorio in auditorium curſitare; ſub onere Duma eum
ſuffiſare non dubites. Sic merito irridet & carpit,
alioqui ſuauilimus & mellifluus Pater, religio-
ſos liberat diſſolutione viuenti laborantes.

E contrario vero, magnoperè iuuenibus ve-
recundiam commendat: Aduerte, inquit, primam ser. vlt. in
ſponsa verecundiam, quia nescio an quicquam gratius
aduerteri in moribus hominum queat. Hanc primò omnium
liber quodanmodo in manus ſumere, & quafī ſpeciosum
quendam florem decerpere loco, noſtriſque apponere ado-
lescentibus Non quia nō ſit & in prouinciorum etate omnī
ſtudio retinenda, que eſt certè omnium ornatus etatis,
ſed quod tenere gratia verecundia in teneriori etate
amplius pulchritudo emiteat. Quid amabilius verecun-
do adolescentiſſi quam pulchra hec eſt, quam ſplendida
gemma morū, in vita & vultu adolescentis: quam vera
& minime dubia bona nuntia ſpēi, & bona indolis in-
dex virga disciplina eſt illi, (libero alteri adolescentiſſi)
qui pudendis affectibus imminens, lubricos etatis motus,
actusq[ue] leues coereat, comprimat inſolentes (ſuā mo-
deſta & graui verecundia) Quid ita turpiloquij &
omnis deinceps turpitudinis fugitans ſoror continentia
eſt. Nullum aquæ manfestum indicium columbine
ſimplicitatis: & idē eſt testis innocentie, t[em]p[er]a eſt pudica
mentuſiugiter lūcens, vi nil in ea turpe vel indecorū re-
ſidere attinet, quod non illa illid prodat. Ita expiatrix
malorum, & propugnatrix puritatis innata, ſpecialis
gloria, conſciencia & fame custos, vita decus, virtutuſe-

Kk des

des. virtutum primaria, natura laus, & insigne totius honesti. Rubor ipse genarum, que sorte inuenierit pudor, quantum gratia & decoris suffuso afferre vultui solet? Vsq; adeo genuinam animi bonū verecundia est, vt & quum male agere non reverentur, videtur tamen verecundentur, dicente Domino: Omnis qui male agit, adit luce &c. Cū ergo facti sumus spectaculum Angelis, Deo, & hominibus, conemur ut omnia nostra ornentur virginali verecundia, ne cuiusquam offendamus aspectum, liberā dissolutaque loquendi & agendi ratione.

Huius libertatis in loquendo perniciosaer ceteris, sive pars sine species, est illa, quam, ut ait B. Laur. iust. in coribus seruorum Christi, in Congregatione viuentium, & minus caue conuersanum humani generis adversarius ad exterminandam caritatem, concordiam & mentis tranquilitatem dissemicare non desinit. Frequenter namq; face emulations & inuidia luore quorundā accendit animos contra aliquos Collegij simpliciter, humiliter & sollicitè cōuerantes, agitq; sua persuasionebus, vt negligenter sit intolerabili vita bonorum. Nam repleti huiusmodi diabolica malignitate, & inuidia sagittā transfixi, profectum Fratrum suorum indicant detrimentum. Propterea instigante luore, detractionibus lingua habendas laxant, & vitam proximorum murmurationibus dilaniare non cessant, obseruant gressus, verba discutiunt, & mores illorum, quibus incidente semper diudicant. Eorū derogant deuotionibus, eorum virtutibus laessantur, eorumq; bonū operibus effliguntur. Facile & pro minimo aduersus eos, quos amulantur, turbantur, nec spiritu luoris agit ati suum valent cohబere vel dissimilare furorem. Non possunt pacifice loqui, sed mox vt verba protulerint, feruere intrinsecus inchoant, forisq; consumelios verba jaculantur. Bonū illorum malum dicunt, sed vel ritinam malum bonum. Insanabilitas est istorum languor. Non enim placantur blanditius, non mulcentur objequis, non rationibus acquisiunt. Quin potius quemadmodum ignis accenditur additione ignorarum ita & horum passio augetur multiplicatione virtutum. Hoc vitio sauciatur, Gen. 37. re filii Iacob aduersus Joseph, de quibus scriptum est: Orderant eum, nec quicquam ei pacifice loqui poterant. Nam cum ad illos properaret quadam die, mansuetus & humaniter, directus a patre. Ecce, inquit, somnator venit: occidamus eum, & videbimus quid ei proficit somnia sua. Et tandem fratrem Iacobum vendiderunt. De hoc quoque letali veneno ex omni parte abundauerunt Iudei, sacerdotes & Pharisaei contra Dominum Jesum, de quibus in libro Sapientia scriptum est: Circumueniamus iustum, quoniam iniustus est nobis & contrarius est operibus nostris, factus est nobis in traductione cogitationum nostrarū, graui est nobis ad vindendum, quoniam dissimilis est alius vita illius. Tanquam nugas estimati sunus ab illo, & abfluit se a via nostris tanquam ab immunditiis. Qui ad hac pestiferā tentatione liberari desiderat proximum suum tanquam fratrem, tanquam celestis regni coheredem diligat, & complectatur initia misericordiis charitatis. Charitas namq; vera & fraterna dilectionis, est huius tentationis & ceterarum, que de proximo aut contra proximum gravantur, intertem-

Ioan. 3.

ptis mirifica, & docta triumphatrix. Hanc quicunque in veritate possederit, non capietur a diabolo, non proximi detractor, non contentiosus, non irriter, non inuidus esse valebit.

Secundo, Non instituendi sunt sermones seu ^{167.}

recreaciones de rebus friuolis, non spiritualibus. Irreligiōis cordis indicium est de rebus profanis in religioso locutio. Nam Christo teste, Ex Matt.

abundantia cordis os loquitur. Et qui est de terra terra 34.

loquitur: & quemadmodum Christus Dominus dixit S. Birgitte, Quod magis diligunt, frequenter no-

minatur: quia, ut ait S. Ambr. Os est promptuarī vo-

lanteatis: seu, ut inquit Seneca, vultus animi, si ora-

re cap. 9.

tio. Qualis sermo, ut Clem. Alexand. talis est vita. Et epist. 14.

Philo: Sermo, & frater, mentis est. Ideo si animus Dei,

amore est plenus & piis affectibus, id per oris

sermones appetit. Quemadmodum ex phiala

apertā, per luanum quem exhalat odorē, digno-

scitur liquor suavis inclusus. Vnde meritò S. Hi-

larus Arelatensis laudans S. Honoratum Episcopum, ex bonitate sermonum illius collegit,

cordis & animi illius internam bonitatē. Nam-

quam, inquit, in ore tuo, nisi pax, nisi castitas, nisi pie-

tas, nisi charitas, nunquam in corde nisi horū soni Chri-

stus habitat. Quocirca magnum inhabitantis

Christi in corde illius indicium est, qui libenter

de Deo & piis rebus sermones instituit. Nec po-

test non instituere, qui plenus est Deo, & Deo

valde charus. Exeat huius rei magnum argumen-

tum in vitis PP. Cū enim B. Macarius Abbas Raffl.,

vocem cælitus audisset: Macari, ne cum ad men- num 57.

ram diuinarum mulierum peruenisti, que in primâ habi-

Rof. 15.

citate, ille inuentus mulieribus illis, coegerit eas ut 15.

dicerent opera sua. Cui ille sic dixerunt: Crede nobis

Sanctissime Pater, quia nec prestant nocti à morti-

lectulis faimus separata, sed his 15. annis in domo vna

pariter permanentes, nec turpe verbum altera dixit ad

altera, neq; item aliquam commissimus sed in pace ha-

ctenuimus, & pari consensu tractauimus, quatenus

pariter relictis maritis in Congregationem religiosarū

Virginum profici seremur, & multis precibus hoc a co-

rugibus non valutum obtinere. Quo non adeo inter

nos & Deum possumus testamentum, vt vsque ad mor-

tem nostram seculari verbū non loqueremur omnino.

Enī inter res adeo Deo charas, & sanctitatem B.

Macari superantes, posita est fuga & abstinentia

a verbis seu meritoribus secularibus. Videlicet in de disc.

quit B. Laur. iust. agricultores, cum in unum coadu-

perent, repente & sine ratiō de iis qua agricultura

suis sermocinari: Artifices de artificiis suis: Merca-

tores de suis mercimonis: Oratores de suis facultati-

bus confabulari. Pro dolor, soli Dei serui qui proprio

congruent flatus, audire vel loqui non curant vel igno-

rant. Et alio in loco eiusdem libri: Olim Sancti cap. 15.

Patres, virtutum sectatores, zelatores, aniniarum, o-

uenieban in unum, & eo tempore nihil reprehensibile

audiebatur ab eis. Non extollentes, non murmurantes,

non irritationis verba sonabant, sed totum quid dice-

batur, anime cibis erat, vnde spirituales nutriebantur

sensi. Nec quisquam sine spirituali profectu inde dis-

cedebat.

cedebat, quia omnes propter communem & privatam
utilitatem conueniebant. Sed (heu!) hodie non sic. Nam
rarus inuenitur, qui adificationis verbum posset pro-
nuntiare. Rarior autem, qui ex operande desiderio ad
audendum sit audius. Frigescere namque spiritu; &
ab interna exercitatione cessante, desicciunt, qui conue-
nire in vnum cupiant ad vtilia qua proferantur verba
&c. Et sicut olim filii Israel de Aegypto egredi calicum
mannu cibum saftidens, concupuerunt ollas car-
nium, pepones, & alia; ita & hi. Dei verbum, anima-
rum pabulum dulcissimum subannantes, qua mundi
sunt, interdum votis cupiunt, sermocinationibus verò
sapissime pertractant. De talibus autem nequaquam
tam frequenter fabularentur, nisi in ipsorum amore
detinenserentur. Expellunt à suo consortus sanctos An-
gelos, ipsumque Dominum Angelorum suis ad iram
procurant inimicis verbis. Non enim iporum coribus
delectatur totius sanctitatis Dominus. Vbi verò humi-
les congregantur, vbi vtilia pro animabus, vbi spiri-
tualia & celestia tractantur, ibi adebet Dominus. Vbi
namque fuerint duo vel tres in nomine meo congre-
gati, (aut Dominus) in medio eorum ego sum. Quæ d
e re & S. Bernardus grauita conqueritur in A-
polögia ad Guilhelmum Abbatem: O quantum,
inquit, distamus ab his, qui in diebus Antonij exti-
re Monachi! siquidem illi cum se iniucen per tempus
ex charitate reuiserint, tantum ab iniucem auditate
panem animalium percipiebant, vt corporis cibum pe-
nitutis oblitus, diem plerisque totum ieunis ventribus,
sed non mentibus, transfigerent. Et hic erat rectus ordo,
quando digniori parti prius inserviebatur. Hac sum-
ma dicretu, cum amplius sumebat qua maior erat.
Hac denique vera charitas, vbi anima, quarum cha-
ritate Christus mortuus est, tanta solicitudine resul-
tabantur. Nobis autem conuenientibus in vnum (vt
Apostoli verbis vtar) iam non est Dominicam conu-
sumere. Panem quippe cælestem nemo est qui requirat,
nemo qui tribuat. Nihil de Scripturis, nihil de salute
agitur animalium: sed nuge, & risis, & verba profér-
tur in ventum. Sanè S. Chrysostom, etiam in lœ-
cularibus id improbavit: quod in circulo otiosi, in foro
sæpe de rebus inutilibus sermones consererent, &
iuncta colloctione instituta, de iis verba facerent, qua
ad ipsos nihil attinet. Sic enim fore fit, vt maiori
studio res alienas inquiramus, & curiosius indage-
mus. Si ergo in seculatibus id improbatum est,
quæ magis in religiosis? Ideo mirum non
est, quod scribit Tauletus, Christum cuidam
magno suo seruo apparuisse, & magno dolore
quelum esse de 6. modis, quibus à famulis suis
in honorari dolebat, quorunq; secundus erat,
quid in Conuentibus & Colloquiis vanastræ-
carent & inutilia: eius verò vix & ne vix quæ-
dem facerent mentionem. Et coram S. Birgitta
Christus Dominus questus est de malis Sacer-
dotibus; Quod magis loquantur 100. verba pro mū-
ndo quam vnum, inquit, pro honore meo. Ita Deus ex-
peti pios sermones, & dum iij instituantur mihi,
risce delectatur. Vidi, inquit S. Teresa, Chri-
stum in maximâ gloriâ & Mateslate preferente ma-

gnam letitiam, ex quodam colloquio (quod siebat de
piis rebus cum quodam religioso) & dixit mihi, voluit-
que clare à me videri, quod talibus conversationibus
ipse præsens adesset, & quantoper è ipsi placeat, vt dele-
ctentur homines in colloquis de illo. Ostendit hoc
Christus Dominus, Discipolis illis de ipso col-
loquentibus post Resurrectionem se adiungens. Luc. 24.
Quod ponderans B. Laur. Iustin. sic perstringit
colloquentes de rebus fruolis: Non erunt, quæ Lib. de
admodum multi; qui se Christi profidentur esse Discipu- triumph.
los, (vel Socios intimos) intendant namq; consabu- Chr. ag. 6.
lationibus, detractionibus, & iociis, atque omne pene tē- cap. 25.
pus accommodatum illis ad profectum anima, ad vir-
tutum studia, ad utilitatem proximorum, & ad vacan-
tum fibi, consumunt & lacerant. Fitq; eorum ignavia;
vi inde miserabiliores sunt, unde spiritualiter locuple-
tari debuerant. Nempe tanquam agricultores in campo
dominico constituti sumus, quatenus opportuniis tempo-
ribus fructum reddamus iustitia, alioquin veluti inse-
cunda arbores excidemur, & in ignem mittemur acer-
num. Nemo se excusat, quoniam ab huiusmodi exactio-
ne nullus liber existet: cum omnibus operandi incibit,
necessitas. Quisque de percepto temporis talento ratio-
nem exoluere. Ifla si interdui, qui inq; vacant, curiosi-
tati inserviant, otiosi sectantur, revoluerent secum, non
minus cordi quam ori suo prudentem adhiberent custo-
diam. Vtrunque ad seruandam innocentiam & san-
ctimoniam vita necessarium est. Quid prodest si omni
diligentia seruas cor tuum, sciens quoniam ab ipso mori
& vita procedunt, & lingue ostium absque vlo tempe-
rante obstatu viatoribus patere permittas? Loquē-
dum est ergo de rebus spiritualibus & merè
piis. Quod quidem seruandum est quantum
fieri potest: nisi ratio officij, aut aliqua alia cir-
cumstantia exigat sermones de rebus aliis, seruis
tamen & religioso ore dignis. Quales com-
memorat S. Basilus: Verborum, inquit, utilitas ea, op-
nor, fuerit, si aut de virtute in loco differatur, aut ad rei
alicius, que facienda inflet, vrgeatq; vsum sermo ac-
commodetur, aut etiam deniq; ad audiendum adifica-
tionem referatur. Qui autem in alto quoq; genere ser-
mones versentur, q; reici tanquam superuanei & ina-
tileles debent. Hanc ob causam S. P. N. Ignatius pri-
die suę mortis vesperi, post cœnam, cum dome-
sticis Patribus collocutus est, more solito, di re-
bus ad regimen Domus spectantibus, quia sta-
tus illius temporis, tales exigebat sermones. Et
Beatissima Virgo Maria, tradens per S. Birgit-
tam, cuidam Episcopo modum vivendi; Post re-
fectionem, inquit, letiū gratis, loquatur Episcopus illa
qua expedunt, & agat agenda, secundum Episcopale
officium: sed omnia sint honesta & salutaria. Quid 1. Reu.
etiam alteri Episcopo alio tempore per eandem, cap. 10.
diuinus traditum est monitum. Tales erant
sermones Monachorum S. Pachomij, de quib;
bus in Vitis Patrum scribuntur, quid impossibile
fuerit aliquem apud eos verbum otiosum loqui, sed ea
tantum quæ de sanctis Scripturis didicerant erant in-
ter se conferentes, & exponentes de Capitulu Scriptura-
rum quæ ad timorem Domini confirmarent & illumi-
narent

infl. n. 36. narent animas eorum. Quo etiam in loco scribitur, quendam virum magnum de sanctis senioribus vidisse sanctos Angelos stantes circa quam plurimos Fratres, dum loquerentur inter se. & conferrent de sanctis Scripturis, qua ad salutem pertinent animarum. Stabant autem circa eos sancti Angeli, latentes, in hilari vultu considerantes, delectabantur enim de eloquio Domini. Cum autem aliud quodcunque inter se loquerentur, statim sancti Angeli recedebant longius indignantes contra eos: veniebat autem porci sordidissimi. & morbo pleni, & volubiliter inter eos: demones enim in specie pororum delectabantur per superflua & vaniloquia eorum. Beatus autem senior hac videns, abiit in cellulam suam & per totam noctem cum grandi fletu & vulnus, gemitu deflebat miseras nostras. Exhortabatur ergo Sanctos Patres in Monasterium, & commonebat Fratres, dicens: Cauete fratres a multiloquio, & ab oratione sermonibus linguam prohibete, per quam malus interitus anime generatur: & non intelligimus, quoniam per hoc & Deo & SS. Angelis odibiles sumus. Dicit enim Scriptura: Per multiloquium non effugis peccatum. Hec enim infirmam & vacuanam efficiunt mentem atq; animam nostram. Seruauit id S. Carolus Borromeus, teste Giuliano in eius vita: Erat enim eius colloquia vel de rebus mere diuinis vel de negotiis utilibus spe & anibus ad seruitium diuinum. Sanè Apostolus à secularibus id exigit: Sermo ex ore vestro procedat bonus, ad adiunctionem fidei, ut det gratiam audiентibus: Quantò autem magis id exigit à religiosis hominibus, qui majoris perfectionis acquirēdē obligatione tenentur? Sanè S. Chryl. seculares exhortat, ut sumpto cibo de rebus piis colloquantur, & sacros libros legant. Nā sicut, inquit, corpus indiget sensibili cibo, ita & anima quotidiana spiritualium ciborum respiratione. ut roburata adversus carnis insultus, & continua bellum quo vrgemur, resistere posse, quod periculum sit, ne in seruitutem redigatur anima, si vel parum desides esse voluerimus. Prinde B. Moyses dicit: Cum comedetis & biberitis, & satiatu fueritis, memor esto Domini Dei iusti. Vides quomodo & tunc potissimum congruit, post sumptum corporalem cibū spirituale coniunctum proponi, vi non post satietatem cibi corporalis, anima corpore & deles fieri incipiens, in pernicie aliquā ruat, & locum det diaboli machinationibus, qui nullo non tempore obseruat viam commodequeat. Certè nisi religiosi pios deponent sermones, nescio quā ratione cogitari possit, pietatē in eorum corde residere. Verissimum enim est, quod ait Quintilianus, sermone hominem, ut era innatu dignus: & ut Romulus dicere solebat, vasa fiducia, sovo & percussa, hominē verò sermonē explorandū esse: hoc est, an sit probus vel improbus. Argentum electrum est lingua iusta, ait Spiritus sanctus. Hoc est, prout explicat Caiet. Eloquia iustis puri ad instar argenti, splendent pulchre & sonat recte. Hoc est, debent splendere exemplari materia sermonis, & recte sonare, religiosa moderatione vocis, nec risu nimio & cachinnis, nec clamoribus & contentionibus scandala. Ab his enim religiosum os, & vita proba abhorret. Hinc illud

Pro. 10. 1. 8. c. 23. Eph. 4. 29. h. 10. in Genes. Deut. 8. Pro. 10. 20. Deut. 10. XI. De

Socratis dictum apud Cicer. Qualis homo est, talis Tusc., etiam eius erit oratio: orationi autem facta simillima, factis vita Hanc ob causam Plato & S. Paulinus, Speculum animi orationem esse dixerunt. Quocirca dissipati spiritus magnū argumentum est, ex religiōi ore sermo non religiosus, in religiosoru convenerit promanans. Fugiendū ergo est ab iis, qui spiritum religiosum in le conterunt & auctum volunt. Et hoc ipsum in colloquis etiā secularibus seruandum est. Quod si queras, quae debeant esse nostrorum colloquiorum materias Resp. primū cum S. Basilio: Verborū ea utilitas fuerit, Conſ. ſi aut de virtute in loco differatur, aut ſi ad rei alii, mox, que facienda inſtit, vigeat, & viam sermo accommodetur, aut etiam deniq; ad audiendum adiunctionem referatur. Qui autem in alio quoque genere sermones versentur, y reū tanguant superacanei ac mūtiles debet.

Resp. Secundū cum B. Laur. Iust. Maximam & indeſcentem loquendi materiam inuenient, ſi de miseria preſentis vite, de periculis huius peregrinationis, de variis tentationum generibus, de diaboli fraudibus, & de vitiorum deformitate, de virtutum ornamentis & meritis, de moris ineuitabilis necessitate, de penitentiā, de regno Dei & præmio Paradiſi, frequentius verò de Dei ineffabili charitate, humano generi per Christū & in Christo exhibita. De huiusmodi autem tam pro Dei amore & dilectione, quam pro audiendum adiunctione, & ſumē profectu, Dei ſerui tractare non deficiat, spiritualibus spiritualia propinantes. Dent verò uniuersique proprium verbi pabulum iuxta personarum qualitatem & temporum.

Resp. tertio: Congregatio Sexta Generalis commendauit Catalogū P. Natalis, praescribentem varias materias, quae ſolent quotannis in Refectorio legi, & imprefla sunt in libro Inſtructiōnum, & ſunt hec; quę etiā aliis vice spiritualis ſectatoribus, in ſtatu ſeculari & regulati manentibus, ſuo modo, mutatis mutadis, vſui esse poſſunt.

QVIBVS DE REBUS
Noſtri Recreationis. tēpore colloqui poſſint.
I. De vita Christi & Sanctorum: deq; hiſtoriis Ecclæſiaſticas.
II. De hiſtoriis Societatis, tum rerum, tum perſonarū.
III. De bonis cuiusq; deſideriis ad proficiendum in via perfectionis: deq; fructu ex meditatione collecto.
IV. De bonis deſideriis iuandi proximos, preſertim inter hereticos, & infideles.
V. De rebus, quas in ſacris lectionibus, aut ſcōnibus audierunt, vel inter prandendum, aut cenandum.
VI. De virtutibus, iis preſertim, que Religiosi peculiares ſunt: idq; iuxta gratiam, & proprietatem noſtre vocationis.
IX. De vitiis contrariis, non tamen carnis.
X. De morte, iudicio, Inferno, Paradiſo.

XI. De iudicis Dei occultis, ac manifestis.

XII. De miseriis mundi: deq; periculis eorum, qui in seculo degunt.

XIII. De securitate eorum, qui in Societate viuant: cum humilitate tamen, nibil eam alius Religiosorum Ordinibus preferent; sed seruient spiritu eius gratiam magnificandam in Domino.

XIV. De bonis operibus, qua conseretur in proximis.

XV. De virtutibus, ac religioz; conuersatione Patrum, ac Fratrum: eorum praeceptum, qui vel procul absunt, vel requiescant in Domino.

XVI. De Hæretico, & Infidelibus nostra tempestate: quod spectat ad concipiendum animum, ut aduersus illos pugnemus in gladio spiritus: acque oremus, ut Domini eos conuerterit.

XVII. De his tandem rebus loquuntur, que possint simul & relaxare animos, & ad spiritualem adificationem sacre. Et autem erunt, que minimum habeant speculationis; affectus vero habent religiosi honestos, ac suauiter religiosos.

I. Ne sim Nostris in recreatione singulares, solitarij, aut tristri.

II. Ne leues in actione.

III. Ne immodestis.

IV. Ne verbosi.

V. Ne iracundiis.

VI. Ne contentiof; aut ironici.

VII. Ne in incusso incitatis.

VIII. Ne molisti aut acerbis.

IX. Ne voce viuant elatiore, aut cachinnia.

Ideo S. quoque Terezia, per amorem Dei, inquit, vos obtestor, ut ita vos geratis, ut vestra conueratio semper ad aliquod illius quicunq; ageris, bonum referatur. Et paulo post subdit: Vide te ne apud vobis metipos sic dicatis: Volo ut me bonam vestimenta, nam ex te quid in vobis vident, communie ac publicum bonum aut malum dependet, & sane magnum malum foret, illas, quibus tam magna de nullâ alia in quam de Deo loquendi obligatio incumbit, in hac re aliud facere. Hac vestra est negotiatio & lingua, quam addiscat oporet is qui vobiscum conuersari volet: si minus, ipse vobis cautele, ne quid de lingua eius addiscatis: quod vobis infernum quidam erit. Si vos propter eam ut rusticana ducant, parum refert, multo etiam minus, si vos hypocritas & simulacras existimant, hoc sane inde lucravimini, quod nullus vos sit iniurians, qui de piis rebus loqui vobiscum nolit.

Sancti qui Dei delectatur praesentiâ speciali, non communi omnibus iustis, sed præstantiore, deberet delectari piis colloquiis: in his enim & per hæc intrat in cor nostrum Verbum æternum, nostrum cor piis affectibus imbuens, aut experientia docet. Cum ex sacri auditione eloquij (inquit B. Laurentius Iustinianus) & sacrarum intelligentiarum Scripturarum, humana mens tangitur, & charitate repletur, evidentissime patet quia tunc accedit Verbum, suamque ex hoc voluit significare preseniam. Semel corporaliter agere voluit quod spiritualiter iugiter operatur. Nonne legitimus, quidam post ipsius Resurrectionem, cum duobus discipulis ipse Do-

minus tertius esset comes ei^g, pergentibus, Moysi ac Prophetarum interpretetur Scripturas, magnam ex ipsius alloquio nostri: am illos recipisse veritatis, vehementiⁱ, exarsisse incendio charitatis? Vnde cum post paululum euauisset verbum ab ipsorum oculis, dicebant ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas: Vtrumque per se ipsum agi indicauit. & cum auditur per hominem, & cum loquitur per Scripturas. Vtique etenim modo intrat ad cor. Quocirca qui nō libenter loquuntur de materiis in S. Scriptura reliquis, nec de aliis piis rebus, factis ostendunt se non delectari illâ Dei praesentiâ speciali, quia beat dilectos suos amicos.

Tertiò, fugienda sunt colloquia cum iis personis, cum quibus sunt verita: Primò cum lecularibus extra scholasticas in scholis exercitationes. Vetus est hac de re monitum S. Basilij: Non Const. decet temere seipsum quibusvis credere, denudareq; aut aperire animi arcana sui. Siquidē homini, in eo, quod ex Deo est, vite genere versanti, multi parati esse infidulatoris solent, atque ipsi adeo coniuncti sumi. Quocirca danda omnino nobis opera est, ut non nisi magna adabilità diligentia (modo & potestate facta à Superioribus in Ordine religioso) circumspitioneq; in congressum extraneis hominibus venamus. Si enim ipse liberator noster (ut est in Euangelio) omnibus se loquitur, ipsum non credebat, ille purus, ille labi omni carens, ille²⁴, qui quantum erat, nihil nisi virtus erat, hoc faciebat: quib; fieri poterit, ut nos, qui peccatores sumus, qui ad lapsum proclives, qui ab recto, quod nobis proposuimus, turnere, idem aberramus, idque & ob naturalem nostram imbecillitatem, & propter eum, quis bello nos improbe & acriter perseguitur.

Est & alia causa declinanda conuersationis cum externis, si ea alicui vetetur: Quia qui conuersationibus gaudent mundanis, inquit S. Ephrem, secundum nondum se odisse ostendunt. Nam sicuti qui to. 2. part. ignem excitat, flammam suscitat, ita & mundana colloquia, passiones & affectiones pravae, in corde Monachis communient. Utinam Frater, aduentantes colloquendi gratia nibil tibi nocerem. Nocere autem expertus de disc. & Magister B. Laur. Justin. docuit. O quia, inquit, perfecti, temporibus nostris fuerunt, qui tanquam ardentes M. con. lampades, & mundi luminaria lucebant coram hominibus, paulatim ex conuersatione secularium & confabulatione tepescunt, ad pristina opera secularia vita, miserabiliter redierunt.

Ideo mirum non est, olim tales fenerissime punitos esse. Nam inter poenas, que extant apud S. Basilij, dicitur, qui cum extraneo aliquo eorum qui Can. 10. introgrediuntur sermonem contulerit, antequam ei permisus sit ab eo, cui moderanda discipline summa tradita sit autoritas, hebdomadam unam segregatur. Et num. 8. Si quis cum externis aut propriis accedentibus conuersatur, non permisus ab archimandrita, excepto aulico designatus, careat benedictione. Et nu. 37. Si quis ingressus fuerit ad ostiarium sive ianitorem, si non permisum fuerit ipsi a designatis Prefectis, careat benedictione. Quocirca S. Ioannes Climacus g. 169.

scriptum reliquit: Non ignorans Dominus, lubricum nostri iacimij quodque facile si secularium contubernio & familiari congressu vitamur, rursus ad seculum convertimur, ad quandam qui sibi dixerat: Permitte mihi ut abeam, & sepeliam patrem meum, ait: Sime mortuos, vt sepeliant mortuos suos. Si prompte & celestier curreat volumus, intentius inspiciamus, quomodo omnes in seculo manentes & viuentes, Dominus mortuos dixerit. Sufficiat nobis, vt gloriam professionis nostrae certius nouerimus, huiuscemodi testimonium. Secundo vitanda sunt etiam verita colloquia Iunorum cum Veteranis, & cum Iunioribus quibusdam. Quod tanti faciebat S.P.N Ignatius, vt in panam talum colloquiorum inungere publicam in refectorio disciplinam, vel abstinentiam trunctorum a ciui ordinarius, solo pane & aqua ad mensam parvam apposita, vel aliam arbitrio Superioris; quemadmodum Patri Soldeuilla Rectori Collegij Genuenis, nomine S.Patris Ignati, scriptis P.Ioannes Polancus Secretarius Societatis anno 1554.

3.p.c.1.
§.2.

15. Novembr. Et vt hoc exacte in Societate seruaretur, ipse S.P.Ignatius, in exemplari primo antiquorum Regularum (quibus tum Societas dirigebatur, ante vulgaris Constitutiones) quatuor regulas propria manu scriptis, prohibens promiscuam conuerlationem cum quouis, & interdicens cum personis certis, modumque prescribens petendi licentiam, pro alloquendis certis personis & domesticis & externis. Tanti hanc rem fecit Sanctus & oculatus P.Noster & Fundator.

gt. 3.

Ei in Constitutionibus tractans de conuerlatione nostrorum in iis que ad animam & profectum in virtutibus pertinent, primo loco prescribit, vt abiciatur omnis communicatio per verba & scripta cum iis, qui in proposito sibi in istuto interpellandi causa esse possunt, & vt in via spirituali incedendo, cum iis duntaxat personis & iis de rebus agant, quia viuent in diuino obsequio, ad id consequendum, quod in ingressu Societatis, sibi in scopum praesigebant.

Proflus ergo declinanda est conuerlatione cum externis, dum ea vetatur nostris Iuuenibus. Et de hac intelligendum est illud S.Ioannis Clmaci monitum datum: Sicut impossibile est uno oculo in celum altero in terram aspicere, ita fieri non potest, vt in his anima non periclitetur, qui corpore & cogitatione ab omnibus & propinquis & extraneis non se peregrinum fecerit. Labore ingenti & fatigacione mores graues & optimos acquirimus, & quos multo temporis labore quiescerimus fieri possemus, vt uno momento temporis amittamus. Corrumptunt enim mores bonos, colloquia mala, secularia simul & turpia (ad quae sensim conuerlations vetite perdicunt) qui post abrenunciationem cum secularibus versatur, siue iuxta illos permanet prolsus, aut in eodem laqueo incidet, aut cor in eiusmodi cogitatione inquinabitur: aut certe si non inquinatus fuerit, eos qui inquinantur iudicantis atque condemnans, & ipse inquinabitur.

169. Quartus, declinanda est frequens conuerlatione cum non spiritualiter viuentibus. Difficile enim

est, inquit S.Chrysologus, aduersus instructas delin. sc. 17. quentes turbas, aciem quandam disponere lantitatis. id est pie & sancte viuere, conuerlando cum discoloris, & non religiosè nec spiritualiter viuentibus & loquentibus, & dictaminibus prauis imbutis.

Ponderat Origenes illud Christi dictum hom. 6 in Marth. 8. vbi iubet vitare conuerlationem cum eo, qui monitus & correctus aliquoties, se non emendat. Quamvis enim si de solis venialibus moneatur, & in iis perseueret, non sit exodus Deo, nec Dei inimicus, tamen si tibi (etsi Deo non est) sicut Ethnicus & Publicanus, ita illum fugere debet, tanquam à communione fideliū exclusum. Qui in peccato seu correctus ter inquit Origenes, non se emendat, nos sic eum debemus habere, quasi Publicanum & Ethnicum, abstinentes ab eo.

Tales autem sunt, qui publicis paenitentiis saepius iniunctis, non cessant in eisdem culpas relabi scienter, & Ecclesiam, id est, Superiores (eo loco a Christo nomine Ecclesię intellexos) non audiunt, nec priuatas admonitiones eorum. Nam vt monet S. Ambrosius, Noxie sum conuerlationes cum insipientibus, & insciis sobriam rodimentem ac decolorant: quia sicut adherens antico sanctus eris, ita cum peruerso peruersus es, sicut scriptum est. Frequenter enim accidit, vt quia contra proprium suum interpretantur audient (idem autem iniquum est de aliis virtutis), cum velut ipse continentiam discipline tenere suco insipientie coloreret: meritoque sibi contraria sint & repugnant, disciplina atque inflexionis. Vidi rectos malignari a malis didicisse, inquit S.Ioannes Clmacus, atque admiratus sum, quo modo proprietatem nature atque pruilegium tam crudum amittere potuerunt. Verum fieri non potest, inquit S. Dionylius Areopagita, viris qui cum uno aliquid c. 1. Ecd. commercij habuit, diuinas distinctasq. vita habeat, si Hinc modo firmam viuin communione obtineat. Cum autem proclinetur sit homo ad mala quam ad bona, facilè mali socii malos mores imbibet. Quocirca talium conuerlatione virada est. Quod sic suadet S. Chrysostomus citato, illo Apostoli loco, Mores bonos corruptant sermones mali, Car. inquit, si pestilentem locum & contagionem plenum videris, coniuctudinem illius loci fugis, quamvis sexentes ad domicilium illud traharis, & corporis valitudinem ceteris rebus omnibus antepones; vbi vero opinioribus pestilencibus quidam complentur, ac agitudibus, que non modo corpus corruptant, sed animam quoque perirent ac deteriorem, viuoremq. redundant, non omnino refertur. Talis locus est illud cibiculum, ille horntus, ille campus, ille ambitus, illud ambulacrum, in quo expertus es, ab aliquo tibi prava instillari sine consilia sine dictamina, aut contra Superiores, aut contra alios qui viuant iuxta doctrinas Sanctorum, & Regulas servant.

Habet suos scopulos verecundia, inquit S. Ambro. 1. Off. fuis, non quos ipsa invenit, sed quos sepe incurrit, si in cap. 20. tempore.

temperantum incidamus consortia, qui sub specie iucunditatu, venenoso infundunt bonis. Hi si absidui sunt, maxime in conuicio, ludo, ac ioco, eneruant gravitatem virilem. Caveamus itaque, ne dum animam relaxare volumus, solutamus ovinem harmoniam, quasi concentum quendam honorum operum. Vt si enim citio inflebit naturam. Quam multos etiam fortis ille cerebria decepti? Omnes, inquit B. Laurentius Iustinianus, digni sunt boni in Christo, mali propter Christum. cum multi amicitia custodienda est, moderata autem conuersatio cum sola Deum rimentibus, & virtuose viuentibus habenda est. Qui enim cum dyscolis conuersari voluerit, procul dubio fiet illorum simili. Agnoscet hoc lumine naturae Aristoteles, libro 9. Eth. cap. 1. 2. vbi differentes de amicitia, ait, fieri similes conuersatione bonos honorum, prauoribus prouos. & Seneca, Sumuntur, inquit, à conuersatione mores. Et vi quedam in contactos corporis vita transiunt, ut animus mala sua proximis tradit. Et tam est depravata nostra natura, vt quemadmodum scribit S. Hieronymus, proclitor sit ad vitia, quam ad viceutes. Et, vt dicit S. Nazianzenus, Facilius est virtutem contrahere, quam virtutem impetrari: quemadmodum facilius est, morbo infici, quam sanitatem largiri. Benevolentia enim, inquit S. Ambrofius, etiam morum facit similitudinem.

Quod si quæta signa non spiritualiter viventiam, vt eos possis agnoscere, & te ab eorum noxia conuersatione subducere? Respondeo, cognoscendos esse ex externis moribus, si sunt immodestus, leues, garruli, inquieti, silentium liberè violantes, gulæ dediti, in studio negligentes, & otio addicti. Nam bene ait Aristoteles: Ut corpora sit & mores ex motionibus iudicantur. Et S. Iustinus, Quali, inquit, quisque sit animo, vita eius ostendit: nam ex conuersationis quotidianis studiis, non apparentes intelliguntur natura. Intemperante symbola, inquit Dio Chrysostomus, de moribus iudicium faciunt, deque affectu, nempe vox, intitus, habitus. Quin etiam ea que videntur parua, & nulla in numero, vt tonsura, de ambulatio oculorum communatio, collique inclinatio, sermocinatio manibus supinus.

Sic & Fabius, Mores, ait, ex voce & actione praecedunt. Denique, vt est apud Senecam, Omnia rerum omnium si obseruenur, inducunt: & argumentum morum ex minimis quoque licet capere: improbum risus; insanius rultus habitatq; demonstrat: illa enim in apertum per notas excitat. Quos ergo videbis (vt eos describit S. Bernardus) remissos & deficiens sub onere, virgæ & calcaribus indigentes, quorum breuis & rara compunctione, tepida conuersatio, obedientia fine denotione, sermo sine circumspectione, quos vix disciplina coercet, tales tibi declinandi sunt: quin consuerudo talium afficit.

Et Spiritus sanctus præmonuit: Si quis dilatat labia sua, ne commiscearis. Demita inquit S. Augustinus, viros superbos, nimidos, dextræctores, mendaces, sepius negligentes. Talibus enim conuersationibus dediti, vt scribit B. Laurentius Iustinianus, semper sibi similium consortia quaritant, in angulis, in lati-

bulis, silentijs ut plurimum tempore confabulari appetunt, & ab senti vitam lacerare non desinunt, & iamquam ipsi non sufficiat propria perditio, alios secum dannare conantur. In tali conuersatione, vt idem infra ait, solent intermixeri vaniloquia, scurrilates, detractiones & effrenati risus, per qua mens distractatur, compunctione dissoluitur gratia subtrahitur, proximus male adficatur, conscientia obtenebratur, atque pretiosissimum tempus multiter consumuntur. Tales fratres desiderant, noua semper videre & audire appetunt, & aliorum negotia percurrenti, sedulâ curiositate non cessant. Ideo hinc peiores sunt. Nam, vt ait S. Gregorius. Dum incaute malorum amicitias iungimur, culpis ligamur. Ad quas vitandas in conuersatione cum talibus spontaneâ, & ob sola colloquia instituta, qualis non est in Sacerdotibus conuersantibus cum peccatoribus, vt eos convertant & iungent in spiritu? opus est virtute cœlesti & diuinâ. Ideo ingeniosè ponderans Christi, cum peccatoribus, conuersationem à Pharisæis improbatam, scriptit Rabanus: Ieiunat Christus, ne preceptum declines: manducat cum peccatoribus, ut gratiam & pietatem intelligas. Quis enim nisi homo Deus (inquit noster Didacus de Cela) assuscere coniunctu malorum valeat, quin eorum simul nores combibat & imitetur? Ideo Christi Domini (qui non credebarat Deus à Phariseis) virtus, suspicione culpæ delicti, honestata fuit ab illis, ob consortium enim peccatoribus. Quocirca obiiciebant Christi Discipulis: Cum peccatoribus manducat Magister vester: quasi hoc ipso similibus peccatis infectus ab eis. Vitanda est ergo domi conuersatio cum domesticis dyscolis, sed modestè & bonis modis, iuxta directionem Superiorum vel Patrum Spiritualium. Sed potissimum ij vitandi sunt, qui vel verbo vel exemplo, vel sup. inducunt te, etiam indirectè, & per ambages, ad ha. seruandum illud Manichæorum monitum, vel ser. 65, in potius Priscillianistaruim apud S. Augustinum, Baron. & aliorum hereticorum apud S. Bernardum: t. 12, A. lura, péritura, secretum prodere noli. De talibus scri: 1147, pht S. Augustinus: Eamus, faciamus; pudet non esse i. cof. c. 9. impudentiam.

His adiunge illos quoque quos S. Bernardus l. 3, de An- describit, præmodestia & humilitate se illis ad- ducens: Timorem Domini reliquimus, religiosam omittimus solitudinem, verbos, curiosi facti etiam de- tractores & murmuratores, vacantes magis fugitantes labores discipline, quoties sine nota id licet: Quasi vero confessum sit etiam sine noxa. Et alio in loco, alter ser. de 11. tales describit, explicans onus Duma, quod si oneribus grifat, silentium, quo multi oneratos se querunt, & à lingua solatiola querunt; si, inquit, videris Monachum in clauso residentem, huic illucq; respicere, oscitare crebris, manus & pedes extendere, nunc libram posere, nunc resumere, postremq; quasi quibusdam stimulis agitatum, de loco in locum, de auditorio in auditorium cursiare, sub Duma cum suspirare, non dubites. Et in alio loco: Si videris Monachum, i. gr. subieciisque stat, ambulat, sedet, oculis incipientem perib.

Prou. 6.
12.

gari, caput erectum, aures portare suffenser, è motibus exterioribus hominis, interioreme immutatum agnoscas. Vir quippe peruerus, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, & ex insolenti corporis motu, recens anima moribus deprehenditur. & Traictatu de ordine vite, si tales describit: iste non secundam Deum, sed secundam se vivit, qui si potest, est cum quibus vult: pergit quo vult: & quantum vult: ridet & iocatur, inter quos & vbi, & quando vult: postrem, quidquid nari bus suave est, quidquid tactu blandum, quidquid oculis delectabile, quidquid ceteris sensibus carnis sue meendum, exercet ac sequitur. Quos ergo tales esse videris, modestè & decorè, sine auersionis signis, eorum conuersationem superfugito, quia & tibi nocerer. Non est autem quod de tuis viribus presumas, & quod nullo inde deterrimento tentias affici, quia ut in te simili adhucbeam monitum S. lidori Pelusiota: Id quidem mihi fortasse persuaderi sinam. At illud item velim ab omnibus fidem adhucbiri, aquis lapides extenuari, ac rupem aqua guttis contineant cadentibus excavari dicunt. Quorum verborum huiusmodi sensus est: Quid rupē durius singi queat? Quid item aqua mollius, & quidem aqua guttula: & tamen astudius naturam vincit. Quid si natura, que agre dimoueri potest, dimouetur, id est quod minimè debet, perpetuit, quia tamen arte ac ratione voluntas, que facilè mouetur, à confusione, non vincatur & evertiaur! Sic & Seneca bene præmonuit: Conuidor delicatus pectorum enervat & enollit; malignus comes quamvis candido ac simplici, rubiginem suam affrictus.

epist. 7.

Talibus conuenit illa descriptio, quam habet S. Bernardus: Oves sunt habitu, astu vulpes. Hi sunt, qui boni videri non esse; mali non videri, sed esse volunt. Mali sunt, & boni videri volunt, ne sibi sunt mali: mali videri timent, ne parum sint mali. Etenim minus semper malitia palam nocuit, nec unquam bonus nisi boni simulatione deceptus est. Ita ergo in malum bonorum, boni apparet student, mali nolunt, ut plus licet malignari. Qui, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Agit nequeatur, quod valent impune. Ideò enim abstinent à violatione Regularum, ne puniantur ob eam: quod si nulla sit pœna formido, alacriter eas transgreduintur. Et ibidem dicit, quamvis in quibusdam, pœne timore repercius ab actibus nefariorum coercerentur, intustamen sua malignitatis nanquam defert appetitum.

Tales quoque solent esse illi, qui deprehensi in alienius violatione Regulæ, vel verbis se excusant, non caslam pro causa, falsa excusatione obtudentes, vel factis, aut potius cessatione à malefactis, ut sic habeantur pro iis, qui nil tunc male fecerint. Hos similes ait esse Ericij B. Petrus Damiani: Elegantissimam, inquit, super his comparationem inducit Propheta Iosias, quam de Saecario S. Spiritus aportauit: Ibi habuit foream Ericius. Ericius si apprehendi se sentiat, vel contingi, ita confessissimam, spinositate densissimam est, ut vnde compunctionibus & aculeis vestiatur. Cum vero se solitudinem adeptum putat (occasionem faciendo quodlibet

impunè) caput aperit (gatire incipit) exerit pedes (intrat in loca & cubicula verita) & viuificatorios motus plena deambulatione (anteà subdole occultata, negata, excusatâ falso) demonstrat. Si quis superuenerit (Superiorum vel Syndicorum) statim celerrimā velocitate caput cum pedibus ad internus absconditum, reportatur. Tales ergo qui sunt, tanquam Erici, sua conuersationis contactu longo & profundo, mores sociorum cruentantes, declinandi sunt. Nec hoc fit cum prædictio nostræ dilectionis, sed ex motito veræ dilectionis, quo tenemur magis diligere animarum nostrarum bonum. Nam ut benè dixit loco paulò ante citato B. Laurentius Iustinianus, Ordinata dilectio, de cast. diuino semper se timori subiicit, Sanctorum imitatio, ^{con. c. 15.} virtus, devitans iniquorum consortia. Nimirum, ne mores iniquorum imbibant. Recè ^{l. 2. pd.} enim Clemens Alexandrinus, hominum indolem, polypis assimilat, qui perris quibus adhuc sunt ^{cap. II.} assimilati, videns quoque colore esse tales.

Si dixeris, tibi bene esse in virtute & vocatio-^{1.4. Cor.} ne fundatudo, sit ita, sed meminetis moniti à S. fid. c. 4. Bernardo dati Papæ Eugenio, qui nullus poterat timere respectus alienos: Non est tuta tibi tua bonitas, obesse malis, non magis quam sanitas vicino serpente. Non est quo te subducas malo intefino. Et infra: Scorpioni non est in facie quod formides, sed pungit cauda. Si ad talium blandicias cor tuum (vt assulet) molliri senseris, memineris scriptum: Omnia homo, primum bonum vinum ponit, cum autem inebriati fuerint, tunc id quod deterueat. Interius malum regunt principia, posteriora produnt. Et quamvis non datum noceat conuersatio cum talibus, tamen, ut benè observauit Seneca, Horum sermo malum nocet. Nam etiam si non statim officit, semina tamen in animo relinquit, sequiturq; nos etiam cum ab aliis discesserimus, resurrectum posse malum. Aliâ similitudine id declarat S. Basilius: Fieri, inquit, non potest, ut ignis si materiam ad comburendam aptam at-^{Or. 3. de peccata,} tigent, sisatur ac cohibentur, ne torum peruadat penetratq; & vel maximè si ventum secundum noctis fuerit, qui flamman hinc aique hinc transvehat: eodem modo neque peccatum, quod rnum attingit facile est efflere ac cohibere, ne ad omnes appropinquantes progradatur; præservit si venit malitia illud incitent in flammantq;.

Plus autem est, conuersari cum dyscolo, quam appropinquare ei: declinanda est ergo conuersatio cum talibus. Quod non solum de aquilibus intelligendum est, sed etiam de senioribus & maioribus, si mores eorum ætati maturæ non correspondant. Inveniuntur enim quandoque senes, adeò libeti, & indenoti & non spirituales, ut timida sit magis ac declinanda modestè corū conuersatio, quam inuenum & equalium. Et dum inuitabunt ad aliquid, Regulis & voluntati Superiorum repugnaris, sequendum est hac in re monitum quod dedit S. Joannes Climacus ^{gr. 14.} circa potum viro: Vidi, inquit, nonnunquam, illsione demonum, seniorum aliquos, benedictione sua, inuen-

ser. 66 in
Caec.de cast.
con. c. 25.ser. 60.
Hai. 34.15.Jerem.
10.7.

1. Reg.

l. de
sc. ca.

h. 17.

Eph.

l. de

sc. ca.

nes non sibi subditos, ad potandum vinum, atque ad remittendam abstinentiam hortari. Hoc si fuerint probata via ariue authoritatis, habuerintq; testimoniun in Domino, obtemperandum est, moderate tamen si verò negligentes sint, huiusmodi illorum benedictionem non caremus. Atque potissimum, si adhuc carnis ardoribus infestamus.

Quinid, perniciens quoque defectus irridendi alios, siue serio siue ioco, summoperè viandus est, præsertim si irrideantur ij, qui vel mutarunt vitam in melius, & liberius agere desierunt, vel se mortificant publicè cum Superiorum licentia, vel de rebus piis loqui solent, & religiosi vnuunt, ac Regulas seruant, vel in quorum agendi modo simplicitas quedam eluicit. Graui afflictio viri iusti est talis irrisio: quo circè etiam à Sanctis agrè toleratur. Hinc S. Ieremias Propheta à Deo missus, & vaticinat iustis, ut obseruauit S. Chrysostomus, cùm ab abundantibus subfannaretur, totog die ridetur, cogitabat ab illa propria fædere, nimis humano quadam affectu virtus, fannas & conuicia perpeti non valens, atq; Factus sum ridiculus toto die, dixi: Non loquar, neque nominabo nomen Domini, & factus est in me velet ignis ardens, atque astuans in oibis meis, ac disfolor vnde, nec possum ferre. Abstinendum est igitur à talibus irrationibus & iocis. Talibus iocis qui sunt dediti, sunt hæredes filiorum Heli (qui retrahebant homines à sacrificio Domini) à Deo grauissime punitorum vna cum patre, qui eorum impudentiam non tam acriter, vt oportebat, compescuit. Qui enim piè à domesticis gesta irridet, & sermones de iis instituant, valde terrahunt alios à vita sanctioris studiis. Nec enim omnes, qui piè volunt vivere in Christo, statim sunt adeò fortes & generosi in obsequio Domini, vt linguas & humanos respectus contemnant, sed ob illos multa vel aggregi non audent, vel inchoata deserunt ne sint alii ludibrii, & (ve dicunt) fabula domicilij, & producantur in scenam.

Damnavat Seneca etiam illos iocos, quos aliqui urbanitatis loco habent, si iis alij offendenserunt. Quidam, inquit, urbanitatem neſciunt continere, nec periculosis abſtinent salibus. Periculosis vocat, quia sapè bilem in aliis commouent, & quia, ut obseruauit S. Chrysostomus, Punctione lehi concipiunt odium, iratiq; cogitant de vindicta. Clemens Alexandrinus, a nobis vult abesse, irridere, à quo primum incipit contumelia, ex quibus lite, pugna, & inimicitie erumpunt. Si enim cum Sancta vel maxime conuerari precipitur, Sanctum irridere, peccatum est. Scurris relinquenti sunt tales ioci, & risus huiusmodi. Quanquam Aristotelis sententia scurra est is, qui neque alii neque sibi parvit, modo risum moueat: sed scurrā peior est, qui imitatus Michol, pium Davidis coram Arcâ saltum iridentem, in iocos vertit, & risu exagitat, actus religiosos, se meliorum. Quocirca sicuti cum plausu in Theatro Romano, dixit Publius Sy-

rus, illud Senariolum: Amicum ledere, ne tace quidem licet; multò minus licet, ledere amicum Dei, irridendo, ab eo benè gesta in laudem Dei: immo ipsum Deum ledere: tum quia ipse Deus petitur, dum opera qua ipse per auxilia gratiæ in suis operari magis quam ipsi homines operantur, irridentur: tum quia dixit: Qui tetigerit Zech. 2. 8. vos, tangit pupillam oculi mei, tum quia opera bona que in quibuldam irridentur, ne similia ab aliis fiant, veluti infantes in utero prægnantium, ne cantur. Ideò inter signa hominis impij, numerat B. Laurentius Iustinianus, hanc deridendi De cast. alios consuetudinem: Omnen abhorret correptionem, monita salutis non audit, bonorum declinat consortia, si quem suis peruersis moribus viderit contrarium, deridet & sternit. Vnde de ipso veraciter diuinus sermo testatur, dicens: Impiuū cùm venerit in profundum malorum contemnit. Habet quidem rationem in iustus clamantem contra se, habet syncretism murmurantem, habet conscientiam quoniam preoccupatam & obcatacum, habet gratiam cordis pulsantem ostium, habet eloquio sancta, quia illi ad bonum suadent. Sed uniuersa hac obseratis sensibus audire dissimulat, nec iuxta Prophetæ vocem intelligere vult, vt bene agat. Et vt detriūph. alibi ait: Ne degener ac indignus quisque malu apparet, virtui derogare non cessat. Eò autem sit quisque deterior, quo importuniās virtutem publicè impugnare præsumit. Quod non est parcipendum, etiam ex hoc capite, quia, vt docet S. Thomas, Deriso alterius grauius peccatum est, quam contumelia. Quia contumeliosus, videtur accipere malum alterius serid, illusor autem in ludum: & ita videatur maior contemptus esse & dehonorio. Et secundum hoc, illusor est graue peccatum, & tandem grauius, quam maior reuertentia debetur persone, quia illuditur. Vnde grauissimum est irridere Deum, & ea qua Dei sunt &c. Deinde inforum deriso grauis est: quia honor, est virtutis premium. Et contra hoc dicitur: Deridetur iusti simplicitas. Quia quidem deriso valde nocina est: quia per hoc homines à bene agendo impeduntur, iuxta illud Gregorij: Qui in aliorum actibus bona exoriri respi ciunt, mox ea manu pestifera exprobationis euellunt. Hæc ibi S. Thomas. Idem explicans illud Gen. 19. 16. Disimulante illo (scilicet Lot) apprehenderunt manum eius (Angeli) eduxeruntq; eum. Cur quia visus est ei generis quasi ludens loquacius, vt est in Hebreo, sicut ridiculum in oculis generorum suorum. Fortè, inquit S. Thomas, ex irridione generorum suorum obscurata fuit fides Lot, quia non plenè credidat initio, perdendam illam ciuitatem à Deo, prout ei prædixerant Angeli. Si ergo irrisio, etiam in Sanctis, fidem labefactat, multò efficacior est ad debilitandam virtutem imperfectorum, etiam Tironum, si à senioribus irideantur. Quocirca merito S. Gregorius derisionem bonorum operum appellat pestiferam exprobationem. Sic & Spiritus sanctus derisorem Propterea 19. vel illud vocat pestilentem, iuxta versio. 25. nem Septuaginta: cum in Hebreo sit Letis, ex Luis, quæ vocula derisorem significat, vt hoc loco

¶.10.

loco vertit Chaldaeus. Vnde Pro. 22. vbi dicitur in nostra vulgata: Eiice Derisorem, Septuaginta verterunt pestilensem; qui tam est noxius Communitate, ut Spiritus S. ad tranquillitatem Reipublicae conciliandam, Principem monitum voluerit, ut etiam si viuis tantum talis esset in aliquâ Republicâ, non toleraretur. Eiice, inquit, derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; causa & contumelia, ex scilicet, quæ à talium derisorum linguis seminantur, dum meliores se suis salibus, vocis, & derisionibus perstringunt. Hæc enim est proprietas talium: quia, vt dicitur Proverb. 14. Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui insani graditur via. Nec tantum despiciuntur, sed, vt ait lob, deridetur: Deride-

Prou. 22. ¶.10. mor. cap. 15. Tales, inquit, iustorum simplicitas. Quæ verba ponderans

S. Gregorius, Hæc, inquit, iustorum simplicitas derideatur, quia ab huius mundi sapientibus, puritatis virtus, satuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur, & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientia satuum sonat. Tales homines S. Ioannes Climacus, hostes

Dei appellant, qui præcepta Dei (idem iudicium proportione quadam, de diuinis ferendis) est consilii, non solum repulerunt, atque à semetipsis abiecerunt, veram eos quoque validissime oppugnare, qui ea perficere contendunt. Et S. Bernardus, Herodianus, inquit, malitia, & Babylonica crudelitas ejus, nascientem velle extingere religionem, & allidere parvulos

Iudaicis. (Iti sunt iuuenes in religione, volentes se mortificare) si quid enim ad salutem pertinet, si

quid religionis oritur, quicunque ressistit, quicunque repugnat, planè tam Aegypti pars uolos Israëlii germinis necare conatur, sed cum Herode nascientem persequitur Salvatorem. Credo si quis conscienter est huius rei, studiosius sibi canebit de cetero, & Herodianum execrabit animum, ne similem exitum sortiat. Et ne sit instrumentum diaboli. Confuevit enim, in-

de disc. & perf. mon. con. c. 13. col. 3. quid B. Laurentius Iustinius, ipse negquam spiritus, minus graue & amore Dei vacuos ad irrisioneum commouere simplicium, verbo aut gestu, quatenus perturbet animarum puritatem, simpliciter conuersantium faciat q; illis simplicitate omessa, omittente inchoatum bonum, aut perpetrare quod oderunt malum. Dia-

bolicum est flagitium hoc, & pro�us charitati contrarium. Non enim alteri interrogare debet quis, quod sibi ipsi suu incoeribile. Hoc natura lex mādat, hoc charitatis Christi iura volunt, vñ ilud proximo prebeat quod

erga se quisque fieri gauderet. O bona charitas! tu irri-

dere nescis, & subannare quenquam, vellementer for-

midas. In proximo Christiani semper videre meditaris,

& fratrem tanquam te amare consuefisti. Nullum

irritus, nullum confundis. Qui vero proximo suo irri-

sione irregare non meuit, diaboli instrumentum;

& tuo indignu se facit conubernio. Quocirca mirum

non est, à modestissimo S. Carolo Boromeo inter

Institutiones Seminarij à se fundati, hanc

quoque, his ipsis verbis esse posicam: Nullus tam

fuit impius; vt alios pīe agentes aliquid vituperare au-

deat; & demonis officio fungens, eos ab operibus virtute-

tum conetur abducere. Antiquior est huius defec-

ētus & gravior censura apud S. Ephrem in pre-

ceptis de rectâ ratione viuendi, Qui bona opera

bus incumbentes irridet, se diaboli ministrum præbet, at-

que illius obsequitur voluntati, ne gaudium illud in-

uenieret, quod ferus Dei paratum est. Malus status est

illius qui fit ob irrisioneum aliorum, minister dia-

bolus; diabolus enim tales adhibet ad irrisiones aliorum, quia si per se id facret, facile abigere-

tur sed dam per homines, maximè per domes-

ticos, diabolus id facit, magis turbatur qui sic

irridetur à sociis, & difficile talibus resistitur.

Hinc Beatissima Virgo Maria præmonens E-

piscopum quendam, recte viuere cupientem, inter tria difficilia, quæ ei se offerent in via ad

cœlum, primo loco ponit, quod sit via arcta.

Quid verò, inquit, significat via arcta? malitiam hominum prævorum, contra iustos, qui derident opera

iusta, & depravant vias, & monita iustorum recta: &

quidquid humile & pietatis ejus parvupendit. Contra

tales homines inducit se Episcopus vestre patiente & constante. Qui hoc vitio laborant, incorrigibilis

sunt indicio S. Isidorii Pelusiote: Quoniam pacio, 1, ep. 11.

inquit, consilii vñli castigari ac meliores effici queant, qui etiam prudentes viros irrident?

Maximè enim prudentes sunt, qui magis curant Deum quam homines, nil mali faciendo propter respectus

humanos, nil boni omitendo. Quod etiā Deus Pater S. Catharinae Senensis cum magnâ exag-

geratione dixit, perstringens malos religiosos cap. 11.

hac in re delinquentes: Ipsi sunt facti arma diaboli, & cum furore suo venosè corruptum intus & ex-

tra. Ipsi promiserunt Ordinem obseruare, sed in facto miserabil modo transgreduntur (Loquitur de trans-

gressione vororum, & de aliis peccatis grauibus Religiosorum personalibus: Et volens ostende-

re, quam perniciose sint aliorum irrisiones, quia alii nocent, & alios perducunt ad peccata, subdit:) Immō quod est valde peius, non solum ipsi transgreduntur Ordinem, scilicet ut lupi rapaces in-

furgunt & persequuntur bonos & humiles, qui Ordinem (id est Regulâs) volunt obseruare, faciendo super eos trus (polonice, Seyderztrva) atque deriso-

nes, existimantes ex his derisionibus, quibus obseruatoris Ordini ita persequuntur, suam propriam cooperasse miseram vitam;

sed ex hoc aperiunt ipsi patescent illam, & id est tot inconvenientia in sanctis Religionibus occurrant.

Ad hoc caput referenda est alia irrisioneis species, quæ non virtutum functiones, sed alia in socio carpuntur, per dictoria seu scismaticam, que, vt ait Macробius, sunt mortis figuratus, qui sepe fraude vel urbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas, & rectam intra se habet iniuriam, & sepe contumeliam collatam. Talia scismaticata iniuriosa sunt. Ideò S. Chrysostomus Mordere, inquit, scismatici, procul est à Christiano. Si res ista bona est & ho-

nesta, vt quid minus inungitur? si minus & nihil puden- tias. Linguam habes, non vt alios salibus mordes, sed

vt Deo gratias agas. Soler, inquit S. Valerianus E-

piscop-

par. 3. c. 3.

piscopus Cemelenfis, nimia oris facieia excitare motus amicorum, & sermo letitia accinctus, reciprocum parare conuitum. Si denique scintilla queuū parua flammae euomit, & ex nihilo exorta magna, frequenter mouet incendia. Sed qui ridentur à talibus, non recedant à bonis quae inchoantur, solentur se in primis Dei promisso, dato per Iob: Qui deridetur ab amico suo, sicut ego inuocabit Deum, & exaudiet eum. Quia, ut loco citato ait S. Gregorius, Bonorum mentis, dum praui exprobant, ostendunt, quem suorum actuum testem querant. Quia mens, dum compuncta se in precibus accingit, inde invra se superna exauditioni iungitur, unde extra se, ab humana laude separatur. Et illum facit humana deriso Deo proximum, quem ab humanis prauitatis, vita innocentia seruat alienum. Contingit talibus qui deridentur, & quorum conuersatio subterfugitur, quod contigit caco illi, à Christo illuminato; quem cùm ludax eiecerunt, quia Christum laudabat, & ab eorum conuitis defendebat, postquam Iesu audiuīt, quia eiecerunt eum foras, cùm inuenisset eum, inspiravit ei veram fidem, & docuit, ut crederet eum esse filium Dei. Sequantur sic irrisi consilium Seneca, expeditis iudicis de adeuntibus dissertationes Philosophae: Hi, inquit, plerisque videntur, nihil boni negoti habere quod agant; inepti & inertes vocantur. Mibi contingat iste derisor. Aequo animo audiendi sum imperitor conuitus, & ad honesta radenti, contemndus est iste contemptus. Præsertim quia sic contempsit Deo sunt cordi.

Secundo, soletur sic irrisos à dissolutis linguis, id quod scribit S. Ioannes Climacus: Non tunc nos patientis deditos aut virtutis existimemus, cum Patria (scilicet Superioris) obiurgationes tulerimus, sed cùm à cunctis hominibus contempi, etiam verberibus affecti constanter tolerauerimus. Bibe summa alacritate obiurgationes ac irritiones, à quouis homine tibi propinatas, non alter quam aquam vite potare enim te querit salubri potionis, per quam omnis animi lascivia & luxuria pargetur. Nam huiusmodi hausta, reuerā virens intima & profunda castitas in anima tua, luxus Dei candidissima, ex corde tuo non deficiet. Et Christus Dominus in hora mortis ac Iudicij, solabit eos, qui irrisionebus non cedunt, verbi illis: Vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis regnum, sicut disponi mibi Pater meus, ut edat & bibat super mensam meam in regno meo, & sedeat super thronos iudicantes, tribus Israel. Magnum est hoc præmium. Eius ergo spe, sed magis diuinæ voluntatis amore, contemnenda sunt irrisionebus iacula, proposita menti diuinâ voluntate, nos in cursu virtutum perstitere subente. Dicamque, dixit S. Chrysostomus hom. 26. ad pop. Qui vult rideat, qui vale subsannet, ad hoc positi sumus ut derideamus & subsannemus & omnia patiamur, purgamenta mundi sumus, iuxta B. Paulum: Hoc verorum Christianorum, hoc germanorum Monachorum est, inquit S. Theodosius Studita, perpetuo instructos esse, ad dis-

crimen pro virtute, nec diuino præcepto quicquam antiquius ducre. Tali in virtute constantia, præparatur animus ad cruenta martyria. Ideo irrisa à seculi hominibus Demetrias, à proposito castitatis nolens recedere, sic se excitabat, teste S. Hieronymo: Quid agis Demetrias libertate opus est epist. 8. & audacia: qua sic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetiendor? Rumpere moras: perfecta Dei dilectio, foras mitit timorem: procede ad prælum. Prima virtus est Monachus, inquit idem S. Hieronymus, contemnere hominum iudicia, & semper Apostoli recordari, dicentis: Si hominibus placarem, Christi seruus non essem. Sed inquires, habent me pro stulto, pro Nouirio, pro puero, quod rebus iis infestam, in quibus Nouirij excentur. Habeant fānē te pro stulto: sed vt ait S. Paulinus, Si stultum putant esse quod gerimus, gratulare, conscius tibi, quia opus Dei & præceptum Christi geris: & reminiscere, quoniam stulta mundi elegit Deus, ut confundas sapientia: & quoniam, quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Talibus autem velle purgari, idem est, quod posse Christum ipsum negare: qui erubescentes nomen suum coram hoc mundo, erubescet inuicem coram Parente confiteri suo. Denique etiam hac in re locum habet doctrina Senecæ, suadentis, non curare de remedio iudicis & linguas malas, bona improbantium fortunam & deridentium. Malè, inquit, de te loquuntur homines, sed malis. Moveret, si de me. M. Cato, si Lelius sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones ista loquenteruntur. Nunc malū dispicere, laudari est. Non potest vllam autoritatem habere sententia, vbi qui damnatus est, damnat. Malè de te loquuntur. Moveret, si iudicio hoc facerent: nunc morbo faciunt, non de me loquuntur, sed de se. Malè de te loquuntur: bene nesciunt loqui. Faciunt, non quod mereor, sed quod solent. Quibusdam enim canibus, sic innatum est, vt non proferitate, sed pro consuetudine latrent. Caueant ergo deridores virtutis, ne canes imitantur, qui etiam innocentes, à quibus irritati non sunt, latrando inuadunt, & impediunt, ne bonum iter expediti prosequantur. Ad hanc improborum classem, qui suos Magistros irritant, & eorum doctrinam vel docendi modum carpunt, & si hoc iij rescant, occasionem præbent iusti mortoris, & vt langeant in docendo & preparandis lectionibus. Ut enim benè scriptis S. Isidorus Pelusiota, Boneis iis quibus os caro non coeretur, alacrius messem conficiunt: qui autem laboribus suis frui prohibentur, segnitie torpant, ac laborem auerantur. Eodem modo Magistri, cùm per inobedientiam & contumaciam minima ipsi contumelia infertur, latis animis labores ferunt. Cum autem nullum susceptorum laborum fructum perspiciat, eos incaustum docere piget.

Sexto, fugienda est maximè, omnis particularis amicitia cum uno vel cum pauculis, non perfectè viuentibus, coniuncte præsertim cum auerione à magis spiritualibus, & cum fugā seu declinatione conuersationis eorum, præsertim si talis amicitia familiaris sit inchoata & exercitata ob corporalia motiva. Grauissime hanc rem

rem tanquam perniciofissimam, omnes fecerunt Sancti & spiritualis vita Magistri improbat. Charitatem quidem habere inquit S. Basilus, inter se mutuam fratres debent non ita tamen, ut duo tres fratres simili eis etiam se inveniant. Quandoquidem hoc non charitas est, sed sedition & diuisio, & eorum qui sic coeunt, improbitatis indicium. Quod ipsum allicit S. Chrysostomus. Causam adfert S. Ephrem: Conciliata amicitia tandem confidenter inter illos auger fraudulentus (scilicet dæmon) non quidem virtus gratia, sed vi eiusmodi amicitia turbat illorum mentes, voluptates inter eos admiscent, siatque ingen malum. Hoc malum clarè explicat, & cum talibus amicitiis coniungi ait B. Laurentius Iustinianus. De verbis, de aliis mutuis, de cogitationibus obscenis, tacendum est: quia sub colore charitatis, omnia ex iordinata paulatim familiaritate generantur. Clarius hoc exprimit S. Basilus: Iuuenies, siue etate siue animo fueris, equalium tuorum consuetudinem (clicet nimiam) & singularem, de tali enim loquitur) defugio, ab illisq; te non secus, atque ab ardenter flammâ procul abducito: quandoquidem illarum opera vsus aduersarius, plerosque olim intendendo dedit, & semper igni cremandos addidit; ac spiritualis vero primum claritatis specie illetois in tertiam postea Pentapolitaram voraginem, precipites deturbauit. Et qui ex medio pelago sententibus procellis undique tempestateq; incolumes enaserunt, eos iam intra portum securos, vna cum ipsa nauti vectoribus, to. 3. op. 7. praf. submersi. Hoc sciens contingere in talibus amicitiis B. Petrus Damiani, idque deplorans ait: Quam pluribus multo salabrius fuerit in mundana militia iugo deprimi, quam sub religionis obiectu, tam liberè ferebo iuri diabolica tyrannido mancipari. Nam, cap. 3. vt scribit S. Thomas, Nonnullam amicitiam, quae sine viuo naturaliter vel spiritualiter inchoatur, subintrante viuo carnaliter terminatur. Sed hoc non semper statim sequitur, nec statim aduertitur. Quia, vt ait S. Basilus, Sicut in pestilentibus locis, sensim attractus aer, latentem corporis morbum initit, sic in prauis consuetudine, ac conversatione, maximâ nobis mala hauriuntur, etiam si incommode statim non sentiatur. Quod quidem maxime in familiariitate adolescentium ac iuuenium contingit. Nam, 1.2. Reth. cap. 30. 18. Eth. c. 3. & 5. vt scribit Aristotle: iuuenes amatorii sunt: quippe cum ex perturbationis affectu, & voluptate multa illa amatoria affectioni vis oriatur. Et quamvis eo non devenerint singulares (amici), minor tamen mala, quae inter eos accidunt, tatis esse debent, ad fugiendas tales amicitias. Tales enim, vt loco citato ait B. Laurentius Iustinianus: Semper discurrunt, semper similiam consuetudinem in angulis, in latibus, silentiis tempore, vt plurimum consulari appetunt. Et de istud loquens ibidem ait: Solent in conversationibus familiaribus nimisunque assiduis, intermiseri vana colloquia, scurrilitates, detractiones, & effrenati risus. Tales, vt idem ibidem scribit, Amant sibi similium contubernia, sociis delitantur, patiri desiderant, noua semper audire, & videre appetunt, & aliorum negotia percurvantur, sed illa curiositate non cessant. Ex quibus solis venialibus peccatis, etiamli grauiora non accederent, tales redduntur isti amici, quales describit B. Bernardus, vocans eorum amicitias, Unitatem scinorum, forum. Talis, inquit, unitas, modo vero peruerstas, soli esse aliquorum Fratrum, tepide ac remissive conuentum, quibus si quid honestatis, aut insignis cuiusquam bona consuetudinis, persuadere velis, promptiores sunt, maiori dissensio ac difficultate grauiore resistere, quam facili compendio, asequi velle, quod rectum esse confiterit. Peruersus & execrandi talis unitas. Idem alio scriptum, in loco tales amicos & eorum colloquio ita de Can. 14.3. scribit: Videas, inquit, illos ambulare scorfi, conuenientib; & sedere pariter, moxq; laxare procaces linguas in detestandam susurrum. Ineant familiaritatem ad maledicendum, concordes ad discordiam, conciliant inter se inimicitias amicitias, & pari consentanea malignitatis affectu, celebratur odio, a collatio. Haud scis egere quandam Herodes & Pilatus, de quibus narrat Euangelium; quia facti sunt amici illa die, id est, in die Domini Paschis.

Convenientibus sic in rnum, non est Dominicam. Cor. 1. canam manducare, sed magis propinare, & bibere calicem demonorum, dum importunitas linguis aliorum perditionis viri, aliorum aures intrantem mortem libenter excipiunt. Sic quippe iuxta Prophetam, Item, intrat mors per fenestrulas nostras, cum priuientes auribus & oribus, lethale poculum detractionis inimicis nobis ministrare contendimus. Non veniat anima mea in concilio detrahentium: Quoniam Deus odit illos, dicente Apostolo: Detractores Deo odibile: quam sententiam. Deus loquens in Psalmo, audi quomodo affirmet: P. Fallo. Detrahentem inquit, secreto proximo suo, hunc persequar. Nec mirum, cum id praecepit virtutum, charitatem, quia Deus est, & quidem ceteri acris, impingere & persequi cognoscuntur, quemadmodum vos quoque potestis aduertire. Sed eti; nil horum malorum pareret talis amicitia, tamen bene monet B. Laurentius Iustinianus loco citato, Interdicendum est, quia quanquam in nulo alio reprehensibilis esset, sine proximorum tamen scandalo fieri conquisit. S. Basilus non contentus sola interdictione, etiam castigationem talium vult adhiberi: Si quis sit moniens suerit, qui maiore quadam animi propensione, Monachum fratrem, vel propinquum, vel alium quenam (ac proinde conterraneum) quavis de causa videatur diligere, hunc castigare oportebit, ut iniuriam publicam charitatis.

Porrò S. Basilus severissimam omnium castigationem pro talibus praescripsit, nimis ut qui has priuatas amicitias colens, post priuatum vniuersi, & aliorum fratum admonitionem, & tandem sui Superioris, eam defecere noluerit, perinde vi gentili & publicanus habeatur, & vt ouis pestilentia contacta, ab reliquo ouili segeretur, ne in reliquos quoque morbi contagionem transfundat. Si vero nullus sit omnino, qui ex tali peruerstitate deterior fiat, tunc tantummodo lenitas aduersus ipsum, locum habebit, sive videlicet ipsum, se aliquando ad meliorem frugem recepturum. Lenitas autem ex ea parte, vi ne

prae-

precidatur, non autem, vt ab admonitionibus, legiti mis-
que multarum impositionibus defissatur. Videatur quidem, inquit S. Terelia, excessus in charitate, nullum inter nos dannum adserre posse; tantum tamen damnum & imperfectionis secundum trahit, vt neminem id credere possit, nisi qui suis id oculis perspexerit. Hic namque diabolus intricatis excitat tricas, que in conscientia corum, qui, non nisi rudi quodam modo Deo placere & seruire student, parum aut vix sentiantur, adeo, vt hoc etiam virtutem esse putent: at qui perfectioni comparanda intendunt, id optimè intelligunt. Hoc namque voluntati, suum paulatim robur eripit, ne illa se Deo amando totam impendat: communictati verò quam evidentissima dama creat. Indeque fit, vt si qua, persone amate irrogetur iniuria, amans eam, quodam modo sentiat: delicio adhuc aliquid sibi desideret, vt id in amatam conferat: tempus denique capter, ad colloquendum cum ea, idque sepius magis ad indicandum illi, quanto in ipsam amorem feratur: & alias id genus nugas, quam ut ipsa Deum diligit. Raro enim huiusmodi arde amicitia aut familiaritatis, ed tendunt, vt una alteram magis in Dei amore promoveat: In modo verò idcirco eas à demone induci credo, vt schismata & factiones in Religione excite. Cùm enim amicitiae ad Diuinæ Majestatis obsequium diriguntur, statim id apparet, & tunc voluntas nulla trahitur paixone, sed inquirit media & consilia, ad expugnandos omnes inordinatos affectus. Et quidem tales bonas amicitias, sine inordinato affectu excitatas, mutuam perfectionem promoventes, multas videre vellem, ubi multe persona habitant, sed in hac domo, in quā plures quam tredicim non sunt, inueni omnes amice esse, inuicem diligere, amare & mutuò omnes, & altera alteri opitulari debet. Per amorem itaq; Dei, vos rogo: a singularibus hisce, quāuis ex sancte sint, abstineat: cū eritam inter fratres venenum hoc reperiisse, & nullum omnino in eo commodum video. Si verò consanguinei inuicem sint, longè etiam deterius est, atq; adeo peste tertiaria est. Et mibz credite, charissime, tis hoc vobis parum quid esse videatur, magna tamen in eo sita est perfectio. & summa pax, & plurime pecunia occasiones per hoc auferuntur iis, qui parum firmi sunt. Itaque si voluntas magis in hanc quam illam propendeat, que sepe nos impellit ad diligendum, idque deterius est, si pluribus naturalibus dobitis sit ornata) nostrum est, acriter ei resistere, & nullatenus permettere, vt hec nobis affectio dominetur. Sed anemos virtutes, & bonum internum, & semper omni, quā possamus turā & studio causamus, ne externum hoc, aliquo in prelio habeamus. Non patiamur, charissime, vi voluntas nostra, aliuinus sit mancipium, nisi illius duxat, qui illam, pretioso suo sanguine sibi emit. Sed quāvis nulla alia malā hominibus nota, & à Sanctis supra citatis commemorata, adferrent tales amicitiae, quāvis nulli scandalū essent; viratida tamen essent religiosis duas alias ob causas!

1.2.9.27. Prima, Quia talis charitas est immeritoria,
2.7.4.2. Nam, vt docet S. Thomas, Tunc dilectio amicorum,
Matt. 5. apud Deum mercedem non habet, quando propter hoc
4. solum amantur, quia amici. Hoc ipsum videtur
Christus Dominus prius docuisse: Si diligitus

eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Eodem Spiritu ductus S. Gregorius Papa scriptum reliquit: Sun, inquit, nonnulli, qui diligent proximos, sed per affectionem cognationis & carnis (vti sunt cognati, ciuidem patriæ ciues) quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt: sed aliud est, quod sponte impeditur natura, aliud: quod preceptis Dominicis, ex charitate debetur obedientia. Hi nimur & proximum diligunt, & tamen illa sublima dilectionis premia non asequuntur, quia a morem suum, non spiritualiter sed carnaliter impendunt. Et ita Deus Pater Sanctam Catharinam c. 7. dial. Senensem docuit: Vult nolit, homo compellitur, vult cum proximo suo iungatur, charitatis actu. Si tamen actus huiusmodi non fit intuitu meo, quantum ad gratiam, nolit prodef. Sic & B.M. Magdalena de Paz, 4. par. vi. in quodam raptu existens dixit: Qui exercet charitatem procedentem à natura tantum, & ex insinuatu virtutis moralis, non consequitur meritum verae charitatis. Quia vera charitas fundatur in amore divino, & in exercitu, quo solum sicut propter Deum. Quā occasione notanda est præclara doctrina S. Teresa sua Monialibus loco citato data, de duplicitate. c. 4. Itin. amore, quorum unus totus & mere spiritualis est, cui perfect. nulla omnino sit sensualitas permixta, aut natura nostra temeritudo saltem talis, que illius puritatem aliquatenus auferat. (quem alio in loco, eadem S. perfect. Et ait, repertus in paucissimis) Alter spiritualis qui dem est, sed simul aliquid sensualitatis & imbecillitatis permixtum habet. Et hic amor bonae & licitus rideatur, qualis est is, qui inter cognatos & amicos reperiatur, de quo aliquid (illum improbando) antea locuta sum. Hic in praesens agere volo de altero illo, qui ita spiritualis est, vt nullus omnino intercurrat inordinatus affectus. Quemam amorem, si cum moderatione & discrezione exerceamus, quicquid in eo est, meritum est. Nam quod nobis esse videtur sensualitas, in virutatem communitatur. Quanquam hoc ipsa ita subtiliter ali quando ei immixta & intenta est, vt vix agnosci & percipi à quopian posset, præsentim si amor hic erga aliquem Confessarium sit. Quando enim illi qui orationi addicti sunt, illum bone esse vite, & suum agenti procedendique modum, ab ipso intelligi vident, magnum quendam erga eum amorem concipiunt. Atque hic demon per scrupulos agit, vt anima Confessarium, a quo ad maiorem perfectionem ducitur, deserat, sub specie metus, ne illum inordinatè amet. Tunc ergo solicite procurete, non occupare cogitationem inquisitione hac, an illum diligitis necne, sed si diligitis, diligite. Si enim ad illum amandum excitamur, qui corpori nostro benefacit, cur non diligamus eum, qui ad animam nostram benefacendum semper excubat & adlaborat? In modo verò, velut in signe magni progressus facient principium duco, Confessarium amare, qui, si sanctus & spiritualis sit, strenue allabore & inquieti, vt animam meam in via spiritus promoueat. Hoc enim in nos magnopere iuvat, ad magna quedam, ad Dei honorem & obsequium spectantia, peragenda. At si Confessarius talis non sit, res periculo non vacat, & fieri potest, vt non parvū noceat, si ut se diligi intelligat, & quidē

L1 magis

magis in Monasterio artissime reclusis, quam in aliis. Et tunc consultius foret, nos ita gerere, vt is se à nobis diligi non percipiat. Secus faciendum, si omnia verba Confessarij, & colloquia ad animarum suarum promotionem in bono tendere videant, nullaque signa in eo vanitatis aduertant, sed eum timoratum esse nent.

Secunda causa vitandi tales amicitias (etsi nulla alia parerent mala, vt verè pariunt) est, quia impediunt influxum diuinorum gratiarum. Hanc enim ob causam, nec Apostoli poterant impleri copiosioribus Spiritus sancti donis, quia Christi humanitatem nimio affectu, etsi puro, amabant. Qua de re ita S. Bernardus: Si Apostoli, carni Dominice inherentes, qua sola sancta (quia Sancti Sanctorum erat) Spiritu sancto reperti nequievant, donec tolleretur ab eis, tu carni tua (idem autem multò magis dicendum est de affectu erga alios nimio) astridus, & conglutinatus, illum meracissimum Spiritum, te putas posse suscipere, nisi carnis istis consolationibus funditus renunciare tentaueris? idem alibi repetit. Et S. Thomas: Corporalis, inquit, presentia Christi, poterat esse nociva, quantum ad dilectionem, quia eum non solum spiritualiter, sed etiam carnaliter diligebant, conuersantes cum ipso corporaliter. Et hoc est, de imperfectione dilectionis,

Quocirca, vt obseruauit S. Chrysostomus, Christus post Resurrectionem non est versatus cum discipulis, quadraginta diebus, sed per quadraginta dies: aduolabat enim, ac deuolabat rursum. Cur ita tandem subducebat animos illorum ad altiora, nec patiebatur illos similiter erga ipsum sic affectos esse, quemadmodum prius fuerant. Siquidem (vt subdit infra) sic erant affecti, vt admodum egrè ab illo diuellerentur, unde & consolans illos dicit: Expedi vobis, vt ego discedam. Quapropter abigendus est à cordibus nostris hic peculiaris & nimius amor, & iuxta monitum S. Basili: Quemadmodum Deus promisit lucem omnibus impertitur, sic imitatores Dei, charitatem ipsorum radium equaliter communicare omnibus debent; quandoquidem ubi deliquum patitur charitas, ed pro�is, eius loco, odium succedit. Sed eti hoc non succederet, tamen, ut ait S. Chrysostomus, Quid proderit, quid aliquem reprehenderet amas? Humana est ista dilectio: Si vero non est humana, sed propter Deum diligis, diligere omnes. Nam Deum ita precepit, vt & inimicos quoque diligamus. Si enim inimicos diligere praecepit, quantò magis eos, qui te non contristant: sicut autem amicitiae particulares, non fundatae in virtute, sunt fugienda; ita & modi loquendi, redolentes fœtorem talium amicitiarum. Ideo sancta anima, hoc maxime vitant. De fini diuin. S. Gertrude Virgine scribitur: Caebat maximè in verbis, ne cuiuscunque hominis cor sibi attraheret, nete in eius se amicitiam insinuaret, unde quavis post occasione, à Deo retraheretur. Omnem enim amicitiam humanam, cuius aduertere potuit causam fundamentumque non esse Deum, vt virus le-

thale horrebat. Vnde pro Dei adè zelata est amore sincerissima hac eius electa, vi ne unum verbum tolerare aquaminuer potuisse, quod humanum sensu- tisque redoleret amorem. Nam licet maxime eguisset, obsequiis tamen ac beneficiis cuiuscunq; malis carere, quam admittere, vt humano secum sauroe cor susset cuiuspiam occupatum. Quocirca meritò S. Iustiniani Tercia suas Montales monuit: Non est, inquit, cap. 10. iam tempus, charissime, crepidia & puerilia, hoc est, mundanis amicitias (est etiam bona esse videantur) tractande: neque talis inter nos lingua audiri debet, aut inueniri: Diligit me: vel, Non diligis me: que ne quidem cum consanguinitate, neque cum alio quolibet: nisi vobis illa amicitia ad sublimem aliquem finem, & profectum anime illius referatur. Fieri enim potest, vt quid frater tuus, aut aliis consanguineis tuis aut huiusmodi, aliquam veritatem audiat & admittat, talibus eum necesse sit verbis, & amoris signis, que sensualitati semper placent, ad eam disponere. Et fieri non raro, vt benevolum aliquod verbum pluris hi faciant, & melius per hoc disponunt sunt, quam per malia verba, que initio deo alteruntur: & talia ei postea graviora sint, & melius sapienti. Quare talia verba, in tali occasione, idque causè prolata, scilicet, ut per ea bonum aliquod fiat, non retro: at, si ad tale quid non referantur (prout non referuntur inter eos, quorum amicitia sunt fomenta violationis Regularium, & clandestinorum conuenticulorum) nullum inde bonum, sed ingerens malum sequi potest ac solet. Non noua est haec doctrina, quia & S. Polycarpus Martyr, Episcopus Smyrenensis, in sua epistola ad Philippienses, inter alia præclarata monita, dat hoc quoque: Ut diligant omnes aquiliter in omni continentia. Non quid non diligendi sint magis, qui meliores verè apparent, sed quid abstrahendo à maiore virtute, & maiori bus beneficiis, ob communia omnibus motiu- a, & qualibet omnes Christiana charitate amandi. Alioquin vt Deus magis meliores diligit, ita & nos, in hoc Deum possumus & debemus imitari, immò libentius cum melioribus versari: ita tampon, ne subdolè, nimius amor (de quo suprà tractatum est) & velut carnalis se ingrat: præstrium si personam amatam gratia sermonis, & pulchra species corporis vel vultus commendet.

Quod si quaras, vnde nimius & particularis amor à Sanctis vetitus dignoscatur: Respondes, cum B. Laurentio Iustiniiano: Hic amor, cum in corde imprudente exortus, radices mettere ac pul- lularere cœperit, corporalem querit dilecti presentiam, mon. con. cum eodem cohabitare, cum eodem, loqui desiderat. Sicut autem ex ipso gaudet affectu, ita absentia: contristatur: solus vult cum eo, quem sensualiter diligit, loqui: Solus cum eo conuersari, quia in illius mente habitare iam caput. Linore quippe inuidia accedit, si quempiam ab eodem diligat, & cum eodem conuersari, perfixerit. Absentiam etiam ipsius, magnam sibi delectationis iacturam estimat. Sic enim amat singulariter, ita & amari vult: atque

Greg
dial.c.
Hoc
4. fa.
gal.
37. 18.
l. des.
ib. B.
c. 8.
l. de m.
non.
4. 12.
Chry.
14. 10.
mod.
Id. 1.
enit.
Caff.
Ind.
l. p. c.
8. 9.
Palin.
Insc.
18. 19.
Theo.
hilt.
c. 10.
39.
Turc.
1. ve.
Xau.
Oit.
Oit. Se.
num.

caco seductus errore, ignorat se vesano amore percussum.

*liber exercitii, vilium negotiorum, mei honoris & a- Godign.
moris causa, suscipiunt. Cuius rei nunc duo tan- I. de reb.
tum argumenta adferam.* Ethiope.
c. 22. Virg.

Primo, quod aliqui diuinitus edocti fuerunt, quā ratione ea essent obeunda; & vires ad obeundam, quibus destituti erant, cælitus acceperunt. De S. Bernardo in eius vitâ scribitur. *Cum me si tempore fratribus ad secundum, cum seruore & gaudio sancti Spiritus occupatis, ipse quasi impotens & nescius laboris ipsius, sedere sibi & requiescere iuberetur, admodum contristatus, ad orationem consurgi cum magnis lachrymis, postulans a Deo, donari sibi gratiam metenti. Nec se felicit sim plicitas fidei, continuum religiosi.* Continuit namque cap. 4. quod petrus impertravit: *Erex illo die, in labore illo, præcereris peritum se esse cum quadam iucunditate gratulabatur; tantò in hoc labore deuotior, quanid se in hoc ipso facultatem ex solo Dei dono reminiscitur* cap. 5.

Alterum huius rei argumentum est, quod 174:

Thomas Cantipratensis ferunt, de quodam fratre, messis tempore feruenter laborante; quem cum S. Bernardus vidisset Spiritus sancti afflatus (coram reliquis Monachis collaborante) et dicitur: *Ecce dominus tuus*

*Ceramato coram reliquo Monachorum conser-
rantibus) dixit: Eia frater age quod agis, nullum
alium post hanc vitam purgatorium sustinebit. Sane si L.5.lib.7.
Angelos, vii scribitur in Vitis Patrum, nume- num.31.
rabat paclus & vestigia illius Monachi, qui pro Ros. pag.
fuis vibus aquam è longinquo loco haustam s.89.col.1
ferebat, quanto magis numerat omnes cor- ill.*

poris & membrorum motus, illorum, qui non
pro se, sed pro aliis, eis inferniendo laborant.
Vnde fit, ut talibus, etiam in hac vitâ, Deus
magnum deuotio[n]is effectum, non tantum in
oratione, sed etiam in mediis laboribus & ob-
sequio largiatur. Agnoscent homines, inquit S.
Bernardus, loquens de Pastoribus à Christo
f. 3. de Na-
primum omnium ad se vocatis, quid qui in la-
boribus hominum non sunt, visitari ab Angelis non
merentur. Agnoscent, quād placeat supernis ciuibus
labor, cuius spiritualis intentio est (vt est nostra,
praescripta in Regul. 17. Summat, puram intentionem commendante) quandoquidem & eos,
qui (non propter Deum, vii nos, sed) pro virtute
corporis, corporali virgente necessitate, laborant, suo
dignanur aliquid, & alloquo tam felici. Idecō
meritò Christus Dominus dixit S. Birgitta: cap. 65.
Qui perfectè desiderat esse Maria (scilicet dono

*Cum perfice agnacum tibi
contempsionis ditari) debet prius esse Martha,
laborando corporaliter in honorem meum. Con-
firmabo hanc rem doméstico exemplo, quod
in Provincia Lithuania ante 60. circiter an-
nos contigit. Cùm enim esset Vilnae in Col-
legio nostro mortuus quidam frater Italus Si-
mon, murarius, apparuit post mortem, P. Petro
Scarge, viro sancto & Apostolico concionatori,
toto corpore splendens, sed manus habens reli-
quias corporis membris splendidiores, quia eri-
gendo muros, magis manibusquam alis membris
laborauerat. Quod ferè 50. annis ante mortem*

P. Scargæ mihi optimè noti, ibidem à fide dignissimis non semel audiui, & est imprelum in cōcione funebri habitâ à Fabiano Birconio Dominicano in funere P. Scargæ, cui ipse interfui.

CAPUT VNDECIMVM.

Vitum immodestia docet fugiendum.

Octau. Defectus quoque immodestia vi-
tandi sunt studiis danii operam: exteri-
ores enim motus corporis tanti momenti sunt
in scholâ Christi, vt S. Thomas Docto^r non
tantum vitâ sed etiam scientiâ Angelicus di-
cat, & probet, esse aliquam specialem virtutem
qua versatur circa compositionem motuum
corporis exteriorum, eorumque moderatio-
nem. Ideo mirum non est, non tantum à Sanctis
commendari nobis exteriorum corporis com-
positionem, & motum honestatem ac decora-
rum, à S. Pachomio in Regulâ, S. Ephrem, S. Ba-
silio, S. Dorotheo, B. Isaia, S. Vincentio Ferreiro,
S. Bernardo, S. Bonaventurâ, S. Ignatio, & aliis;
& ante hos omnes, à S. Hieronymo, & Cle-
mente Alexandrino, sed ab ipsis quoque Ethnicis,
vt Seneca, Plutarcho, Cicerone, natura ipsius
ducta ac lumine edocetis. Ideo aequum est
eos, qui facti sunt spectaculum Angelis, mun-
do, & hominibus, ita præferre omnes mores
compositos, & decentes, vt nihil fiat quod eu-
quam offendat aspectum, vt loquitur S. Augustinus.
Tanta enim stoliditas secularium quorundam, in-
quit S. Bonaventura, vt dum vident aliquem Reli-
giosum in aliquo offendere, omnes Religiosos despiciunt,
quasi omnes tales sint. Quocirca elucere debet in
exteriore compositione nostri corporis, eiusque
actibus, magna modestia, seu, vt eam appellat S.

Ambrosius, Forma honestatis, & ornatus ad omnem
actionem accommodatus: vel, vt loquitur S. Thom-
as, Decor honestatis: ex cuius defectu viri sancti
malè ominantur de alis. Hinc S. Gregorius Na-
zianenus ex Iuliâ adhuc pueri immodestia,
futuram eius apostasiâ à Fide Christi, & omni-
nia eius mala præcognouit. Neque enim, inquit,
mihi boni quidquam significare atqueominari vide-
bantur, ceruix non flata, humeri subultantes, & ad æ-
quilibrium subinde agitati; oculus insolens, & vagus,
furiosusq; inueniens; pedes instabiles & titubantes; nasis
contumeliam, & contemptum spirans, risus petulantes,
& effrenatus & renutus temerarius; sermo ha-
rentis spiritusq; concitus, interrogations stulta & precipi-
ties responsones his nihilo meliores; alia in alias in-
fultantes, ne graues & constantes, nec eruditiois ordi-
ne progredientes. Quid singula describere necesse est: Ta-
alem ante opera conspicatus sum qualiter in operibus po-
stea cognoui. Nec his contentus Beatus Doctor,
etiam buccas tamentes in eo reprehendit, quas
cibo fortasse nimio, ori ingestio, dilatabat: & per
ludibrium obiicit ei Mineruam, quam tibias
exeratam ferunt: postquam aquis speculi vice
vsa, eas ob inflatas buccas dederori sibi esse

prospexit. Similibus indicis S. Tiburtius, Mar-
tyr inelytus, perfidum Christianitatis clementi-
torem Torquatum detexit: Credisne vir illustrissi-
me, (Præfectum alloquitur) hunc esse Christianum,
qui in suo lenocinio molendo, capitis simbrias admittit,
qui tonsorem diligit, qui scapulis molliter gestit, qui
fluxum gressum improbo nixu distendit, qui seminas
curiosius inuetur: Nunquam tales pestes Christus di-
gnatus est habere seruos suos.

Sic & S. Ambrosius, ex pravo Clericorum ge-
stu, eorum via commissa vel commendata,

augurabatur: Meministi, inquit, Filij quendam a-
mitum, cum sedula videretur se commendare officiis,
hoc solo tamen a me in Clerum non receptum, quod ge-
fis eius plurimum dedecret. Alterum quoque cum in

Clero reperirem, insisse me, ne vnguam praetet mihi,
quia velut quodam insolentis incessu verbere oculos fe-
riret meos. Nec fecerit sententia, ut que enim ab Ec-
clesia receperit, vt qualis incessu prodebat, talis perfidia
animi demonstraretur. Namque alter Ariane in festa-
tionis tempore fidem deseruit: alter pecunie studio, ne
iudicium subiret, Sacerdotem se nostrum negavit. La-
cebat in illorum in effu imago levitatis species quadam
sciriarum percus sanguinem. Ita parua indicis res enor-
mes portendebat, vt mirum non sit quod scribit

Seneca: Argumentum quoque morum ex minimis luet capere, impudicum, & incessu ostendit, & manus mo-
ra, & rnum interdum responsum, & relatus ad caput
digitus, & flexus oculorum improbus, risus insanus,

vultus, babuusq; demonstrat. Illa enim in aperitum per
notas excent. Pulchra hoc similitudine illustrat.

Cicer: Vi in fidibus Muscorum aures vel minima
sentiant, si nos si acres ac diligentes iudices esse volu-
mus, animaduersoresq; vitorum, magna intelligentia ex
paruis. Isdem indicis S. Bern. vitiorum ad cognol-
endum malum Monachum: Si videris, inquit, per-

Monachum, de quo prius bene confidebas, vbi canque
fate, ambulat, sedet, oculus incipientem vagari, caput
erectum, aures portare suspensas è motibus exterioribus
homini, interiori immutatum agnoscas. Vir quippe
perversus annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Et ex
insolenti corporis motu recens anima morbus depre-
ditur. Verissima est enim Spiritus sancti senten-
tia: Ex visu cognoscitur vir & ab oculis facili cognoscitur
sensatus amictus corporis, & risus dentum, &
ingressus hominis enuntiant de illo. Merito ergo P.

Platz Magistri Nouitorium & Provincialis &
Visitatoris munebus in Societate, cum ex-
imiâ laude, profectuque aliorum, & sanctitatis
exemplis, perfundet, anno 1602. in Col-Ann.

legio Mexicano cum opinione sanctitatis mor-
tuus, eidam nostro Fratri præferido adele-
centi, non satis agnoscendi quid in causa esset,
quod parum in spirituali negotio proficeret. Ego
vero, inquit, ex tui corporis incondito motu illam
exiguâ tui profectus potissimum causam agnosco, &
existimo, quid vivido ingeno cum sis, parum tibi im-
peret illudq; apud te statue, idcirco. spirituales homines
tam paucos censi quod pauci admodum suis cupidi-
tibus moriantur, Deo propalam denunciante: Non
videbis